upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Trium generum cydoniorum
Trium generum pomorum an̄. ℥.i.ß.
Serici crudi inciſi
Nucis moſchatæ
Zedoariæ
Galangæ
Been vtriuſque
Santali citrini
Croci an̄. ℥.i.ß.
Ligni Aloës. ʒ.ij.
Vini
Aquæ an̄. ℔.vj.
Mellis ℔.viij.
Moſchi. ℈.i.
Galliæ. ʒ.ij.

Conditū bugloſsi efficax & expertum ad cordis tremorem, ſtomachi imbecillitatem, & formæ corruptionem.

# Diagalangæ.

℞. Galangæ

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Ligni aloës añ. ʒ.vj.
Caryophyllorum
Maceros
Keſin, id eſt, liguſtici añ. ʒ.ij.
Zingiberis
Macropiperis, id eſt, piperis longi
Cinnamomi
Piperis albi añ. ʒ.j.ß.
Calaminthæ ſiccæ
Mentæ ſiccæ añ. ʒ.i.
Heyl, id eſt, cardamomi
Spicæ nardi
Seminis apij
Fœniculi
Aniſi
Carui añ. ʒ.i.
Calami aromatici. ʒ.i.
Zucchari tabarzet. i. finiſsimi. ℥.x.ß.
Mellis deſpumati quod ſufficit.

Diagalange dicitur à galanga ingrediente in hac confectione.

Diagalange Meſues valet contra morbos ventoſitatum groſſarum, &

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa
9700310341

acetoſam eructationem, & eſt medicina experta ad malitiam digeſtionis, & bonificat operationes ſtomachi, & hepatis frigidi, imò emēdat defectionem ipſorum.

## Diacyminum.

℞. Cymini per diem infuſi aceto & exiccati. ʒ.viij.℈.i.
Darſeni, id eſt, cinnamomi groſsi
Caryophyllorum añ. ʒ.ij.ß.
Melanopiperis, id eſt, piperis nigri
Zingiberis añ. ʒ.ij.gra.v.
Galangæ
Tymbræ, id eſt, Satureiæ
Calaminthæ añ. ʒ.j.℈.ij.
Ammis
Leuiſtichi añ. ʒ.i.gra.xviij.
Macropiperis, id eſt, piperis lōgi. ʒ.j.
Spicæ nardi
Cardamomi
Nucis moſchatæ añ.℈.ij.ß.
Mellis quod ſufficit.

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

## Diacyminum

D. M.

℞. Ligni Aloës
Spicæ nardi
Galliæ moſchatæ
Cyperi
Calami aromatici an̄. ʒ.ij.
Cymini Carmani aceto horis viginti quatuor macerati & torrefacti ʒ.iij.
Seminis porri torrefacti. ʒ.i.ß.
Myrobalanorum emblicarū ſucco cydonij maceratarum & toſtarū ʒ.ij.ß.
Seminis naſturtij toſti. ʒ.vi.
Seminis vuarum paſſarum ʒ.v.
Baccarum myrti tenuiſsimè tritarum ʒ.xvi.
Balauſtij
Concharum vſtarum
Thuris
Fructus tamaricis an̄. ʒ.ij.ß.
Ameos ʒ.iij.
Tere omnia tenuiſsimè, & iterum

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

vino odoro frangatur & ſiccentur: deinde frangantur aqua cydoniorum, aut aqua baccarũ myrti & hypocyſtidos & ſiccentur, probeq́; perſiccata in vaſe vitreo iterum tere & mica excipe. Dantur ʒ.iij. cum ſyrupo cydoniorũ, aut myrtino.

## *Diacyminum aliud*

D. M.

℞. Cymini pridie in aceto macerati & ſiccati. ʒ.x.
Zingiberis
Cinnamomi añ. ʒ.ij.ß.
Galangæ
Piperis longi
Cardamomi añ. ʒ.ij.
Moſchi.℈.ß.
Mellis deſpumati quantum ſufficit.

Vel ſic,

℞. Cymini pridie in aceto macerati & ſiccati ʒ.xx.

upna
Nafarroako Unibertsitate Publikoa
9700310341

Zingiberis
Thymi añ. ʒ.iij.
Piperis
Cinnamomi añ. ʒ.ij.
Ameos. ʒ.j.ß.
Foliorum rutæ ſiccorum
Nitri rubri añ. ℥.ß.
Melle deſpumato excipe.

Electarium diacyminum ventriculum & viſcera reliqua calfacit, coctionem iuuat, flatus in dictis viſceribus natos diſsipat.

## *Dialacca magna*

D. M.

℞. Laccæ lotæ
Rhabarbari añ. ʒ.ij.
Spicæ nardi
Maſtiches
Schœnu anthus
Coſti
Myrrhæ
Croci

upna
Universidad Pública de Navarra
Nafarroako Unibertsitate Publikoa
9700310341

Cinnamomi
Bdellij
Seminum apij
Aniſi
Ameos
Fœniculi
Succi abſinthij
Succi eupatorij
Sabinæ
Aſari
Ariſtolochiæ
Gentianæ
Hyſſopi ſiccæ
Amygdalarum amararum
Rubiæ añ. ℥. i. ß.
Piperis nigri
Zingiberis añ. ℥. i.
Mellis deſpumati quantum ſufficit.

Myrrham & bdellium vino infunde, cætera tere, omnia melle excipe.

Dialacca magna ventriculum & hepar roborat, hepatis obſtructiones aperit, eius ſcirrhum diſſoluit, & ex his na



upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

ſcentem cachexiam & hydropem ſanat, vrinas mouet, lapidemque renum & veſicæ frangit.

## Dialacca minor

D. M.

℞. Laccæ lotæ
Croci
Coſti
Schœnu anthus
Rubiæ
Ariſtolochiæ longæ
Glycyrrhizæ
Piperis añ. ℥. i. ß.
Rhabarbari. ℥. iij.
Myrrhæ
Bdellij añ. ℥. i.
Miſtis vt in priore. Nam & eadē præſtat, ſed inefficacius.

## Diacoston

D. M.

℞. Coſti amari

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Caſsiæ
Cinnamomi añ. ℥. v.
Aſari. ℥. iiij.
Rhabarbari
Schœnu anthus
Seminum apij
Aniſi añ. ℥. iij.
Croci
Ariſtolochiæ
Myrrhæ añ. ℥. ij.
Mellis deſpumati quantum ſufficit.

Electarium diacoſton obſtructa viſcera liberat, & inde natum dolorem mitigat: hydropen gigni cœptum perfici prohibet.

## Diambre

D. M.

℞. Cinnamomi
Doronici
Caryophyllorum
Maceros
Nucis moſchatæ



upna
Universidad Pública de Navarra
Nafarroako Unibertsitate Publikoa
9700310341

Folij
Galangæ an̄. ʒ.iij.
Spicæ nardi
Cardamomi maio. & mino. an̄. ʒ.j.
Zingiberis. ʒ.i.ß.
Santali citrini
Ligni Aloës
Piperis longi an̄. ʒ.ij.
Ambræ aur.j.id eſt. ʒ.j.ß.
Moſchi. ʒ.ß.

Confice cum Syrupo roſarum, & aqua roſarum.

Diambræ dicitur, ab Ambra ingrediente in bona quantitate.

Diambra Meſue, eſt medicina ſublimis, cerebrum & cor confortans, & ſtomachum, ventremq; reliquum inferiorem, & omnia membra: digeſtionem procurat, & vtentem eo lætificat, & membra nutritionis calefacit: ſenibus quoque conuenit & frigidis natura, & mulieribus, & ægritudinibus matricum.

upna Universidad Pública de Navarra
9700310341 Nafarroako Unibertsitate Publikoa

# *Diamargaritum calidum*

## D. N.

℞. Caryophyllorum
Cinnamomi
Spicæ nardi
Galangæ
Ligni Aloës
Liquiritiæ
Trochiſcorum diarrhodon
Trochiſcorum dia vi. ſcilicet de violis añ, ʒ.i.ß.
Nucis moſchatæ
Maceros
Aliptæ moſchatæ
Zedoariæ
Rhabarbari
Styracis calamitæ añ. ʒ.i.
Margaritarum perforatarum, & non perforatarum
Zingiberis
Oſsis cordis ceruini
Raſuræ eboris



upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Blattæ Bizantiæ an̄.ʒ.ß.
Moſchi
Ambræ
Cardamomi
Leuiſtichi
Seminis baſiliconis an̄.℈.i.gra.ij.
Camphoræ gra.vi.
Mellis roſati quod ſufficit.

Diamargaritum dicitur, à margaritis quas recipit: calidum verò, ad differentiam alterius.

Diamargaritum omnem virium imbecillitatem firmat, ijs quos animus deficit, ſiue à corde, ſiue à ſtomacho deliquium originem ducat: omnem noxæ cauſam vitalium partium diſcutit: inſuper ſuſpirioſis, tuſsientibus, tabidis auxiliatur: longo morbo deiectos, & imbecillitate languentes recreat, & ad robur priſtinum reducit.

## *Diamargaritum frigidum.*

℞. Sandalorum omnium

upna
Universidad Pública de Navarra
Nafarroako Unibertsitate Publikoa
9700310341

Florum roſarum
Florum violarum
Seminum Melonum mundatorum
Trochiſcorum diarrhodon
Serici combuſti añ. ℥. ij.
Oſsis cordis ceruini
Spodij
Doronici Romani
Vtriuſque behen
Nardi, ſiue ſpicæ nardi
Croci añ. ℈. ij.
Margaritarum perforatarum, & non perforatarum
Raſuræ eboris
Saphirorum
Hyacinthorum
Smaragdorum
Seminis acetoſæ
Seminis endiuiæ
Ligni Aloës
Ambræ griſeæ añ. ℥. ß.
Auri optimi ℥. j.
Camphoræ ℈. j.



upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Moſchi gra.ij.
Miſce ſimul, & fiat puluis.

Diamargaritum dicitur, à duobus generibus margaritarũ perforatarum, & non perforatarum.

## Diacomerôn.

℞. Anthofolij.i.caryophylli groſsi
Zingiberis añ.ʒ.v.℈.j.gr.xvj.
Cinnamomi
Caryophyllorũ añ.ʒ.iij.℈.j.gr.xvj.
Carnium dactylorum tantundem
Galangæ
Spicæ nardi
Zedoariæ
Coſti
Pyrethri
Coralli j alb.& rub.
Tragacanthæ
Rhapontici
Saliuncæ. pro Saliunca pone ſpicam celticam.
Anacardij

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa
9700310341

Oſsium dactylorum
Carpobalſami, id eſt, ſeminis balſami
Aniſi
Seminis Iuniperi ana ℥.j. ℈. ij. gran. viij.
Limaturæ auri & argenti
Oſsis cordis ceruini añ. ℈. ij. ß.
Raſuræ eboris
Moſchi añ. ℈. j. gr. vij.
Ambræ. ℈. j.
Mellis roſacei (quod rhodomeli nominant) quantum ſatis eſſe videbitur.

Confectio hæc non præparatur, nec eſt in vſu: aliqui tamen hac confectione magiſtraliter vtuntur.

Diacomeron, id eſt, ducēs hominem de morte ad vitam, efficaciter prodeſt difficulter ſpirantibus, arteriacis, tuſſientibus, tabidis, & omni pectoris & ſtomachi offenſæ, aquæ ſubter cutem fuſæ, renum doloribus; voluptatem parit; corpora ſaginat.



upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

## *Diarrhodon Abbatis.*

℞. Sandali albi & rub. añ. ℥. ij. ß.
Tragacanthæ
Gummi Arabici
Spo.ij añ. ℈. ij.
Aſari
Maſtiches
Spicæ nardi
Cardamomi
Succi liquiritiæ
Croci
Xyloaloës
Caryophyllorum
Galliæ moſchatæ
Aniſi
Marathri
Cinnamomi
Rhabarbari electi
Seminis baſiliconis
Berberis
Seminis ſcariolæ
Seminis portulacæ

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa
9700310341

Seminis papaueris albi
Qua.ſemin frigid.maio.añ.℈.ß.
Margaritarum
Oſsis cordis ceruini añ.℈.ß.
Zucchari candi
Roſarum añ.℥.i.ʒ.iij.
Camphoræ gra.vij.
Moſchi gra.iij.ß.
Et confice cum Syrupo de aqua roſarum

Diarrhodon autem dicitur, à roſis quæ recipiuntur ibi plus quàm de alijs ſpeciebus: Abbatis dicitur, ab Abbate, quoniam Abbas quidam de curia eam compoſuit.

Diarrhodon datur propriè Ictericis, hepaticis, ethicis, cardiacis, & ijs qui patiuntur ex calore, & calefactione ſtomachi, pulmonis et totius corporis: & conualeſcẽtibus ex longis & acutis ægritudinibus mirabiliter auxiliatur.

## *Diarrhodon commune*

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

D. M.

℞. Roſarum rubrarum. ʒ.xxx.
Trochiſcorum diarrhodi
Trochiſcorum ex ſpodio
Glycyrrhizæ an̄. ℥.ß.
Caryophyllorum
Trium ſantalorum
Galliæ moſchatæ an̄. ʒ.iij.
Spodij
Croci
Maſtiches
Ligni Aloës an̄. ʒ.ij.
Aſari
Spicæ nardi Indicæ
Macis
Cardamomi
Seminum portulacæ
Lactucæ
Sereos
Scariolæ
Cucumeris
Cucurbitæ
Melonis

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Citrulli
Margaritarum albarum
Ozymi caryophyllati
Raſuræ eboris
Tragacanthi
Gummi Arabici añ. ℨ.j.
Caphuræ. ℨ.j.ß.
Moſchi.℈.ß.
Syrupo roſato &
Aqua roſarum excipitur.

Diarrhodon commune ventriculum & hepar roborat, coctionem ob id iuuat, & dolorem horum à calēti & acri, ac mordente bile mitigat.

## *Diarrhodon Iacobi Syluij.*

℞. Sacchari.℔.j.ß.
Succi roſarum rubrarum.℔.iij.
Scammonij.℥.j.
Trium ſantalorum añ.℥.ß.
Galliæ moſchatæ
Trochiſcorum oxyacanthæ añ.ℨ.iij.
Mannæ.℥.vj.

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Caphuræ.℈.i.
Melle coque & ſerua *aut*
Saccharo forma teſſellas.

Diarrhodon Syluij cholagogum citra moleſtiam cephalalgiam, arthritidem, vertiginem, oculorum dolores, icterum & cæteros affectus calidos & bilioſos mirè leuat.

## Diacalamintha

D. N.

℞. Calaminthæ
Pulegij
Hyſſopi
Melanopiperis, id eſt, piperis nigri
Seſelis
*Petroſelini añ. ℥.iij.℈.ij.
Leuiſtichi añ. ℥.j.℈.j.
Apij ℈.i.
Ammis
Thymi
Anethi
Aniſi

**Petroſelinum uerum ad nos non portatur: igitur loco ueri, uluſatri ſemine utendū eſt.*

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Cinnamomi
Zingiberis añ.℈.ij.
Mellis quod ſufficit.

Diacalamintha dicitur, à calamintha ingrediente. valet præcipuè ad omne vitium pectoris ex frigiditate, & maximè his qui ſunt in ſenili ætate, valet tuſsientibus ex frigida cauſa.

## *Diatrion pipercôn*

D. M.

℞. Trium piperum aur.v.
Zingiberis
Haſcæ, id eſt, Thymi
Aniſi an. aur.ij.
Spicæ. quando ſimpliciter ponitur ſpica, de ſpica nardi intelligitur.
Ammis
*Amomi
Cinnamomi añ.aur.j.
Caſsiæ ligneæ
Seminis Apij
Seminis ſeſelis

* *Amomo uero carENTUS.*

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Aſari
Enulæ ſiccæ añ.aur.ß.
Confice cum melle deſpumato.

Aureus ſecundũ modernos, eſt pondus drachmæ vnius, cum dimidia.

Diatrion pipereon dicitur, à tribus generibus piperum quæ ingrediuntur compoſitionem ipſius: et ſunt propriè, Nigrum, Album, & Longum.

Diatrion pipereon Meſue, quod calefacit ſtomachum & ventrem, remouet dolorem eorum ex humiditatibus phlegmaticis multis & crudis, & mundificat ſtomachum ab ipſis, & valet contra acidos ructus, & digeſtionem procurat.

## *Diapraſium* D. N.

℞. Praſij viridis. ℥.v.&ß.
Tragacanthæ
Pinearum
Amygdalarum dulcium
Piſtaceorum, id eſt, fiſticorum

Carnium

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Carnium dactylorum
Ficuum pinguium
Paſſularum enucleatarum añ. ℥. iij. ß.
Cinamomi
Caryophyllorum
Nucis moſchatæ
Maceros
Ligni Aloës
Galangæ
Spicæ nardi
Zingiberis
* Zedoariæ
Liquiritiæ
Rhapontici
Anacardij
Styracis calamitæ
Galbani
Terebinthinæ
Maſtiches
Myrrhæ
Iridis
Ariſtolochiæ rotundæ
Radicis capparis

** Zedoaria, radix nunc uulgo nota, antiquis uel incognita, uel ſub alio nõi nine ſcripta.*

upna Universidad Pública de Navarra
9700310341 Nafarroako Unibertsitate Publikoa

Gentianæ
Melanopiperis, id eſt, piperis nigri
Aniſi
Fœniculi
Anethi
Seminis apij
Petri Macedonici
Saxifragiæ añ. ʒ.ij.
Hermodactylorum
Origani
Peucedani
Schœnu anthus
Cardamomi
Leucopiperis, id eſt, piperis albi
Carui
Leuiſtichi
Vincetoxicū, id eſt, antipharmacum, ait Nicolaus Florentinus, & eſt con ſolida minor añ. ʒ.i.ß.gr.ij.ß.
Balſamitæ, id eſt, menthæ aquaticæ
Pulegij
Dictami
Coſti
upna
Universidad Pública de Navarra
Nafarroako Unibertsitate Publikoa
9700310341

Pyrethri
Satureiæ
Baſiliconis
Pæoniæ
Macropiperis, id eſt, piperis longi
Amomi
Orobi, id eſt, erui an̄.ʒ.j.gr.ij. & tertiam partem alterius
Xylobalſami, id eſt, ligni balſami
Caſsiæ fiſtulæ
Corallij
Raſuræ eboris
Carpobalſami, id eſt, ſeminis balſami.
*Dauci an̄.ʒ.ß.
Moſchi
Ambræ
Oſsis cordis ceruini an̄.gr.xiiij.
Mellis deſpumati quod ſufficit.

**Daucus Creticus eligendus.*

Confice ſic: In quatuor libris mellis deſpumati pone praſij viridis aliquantulum contuſi ʒ.v.ß. & pineas recentes & mundatas, & adde ℥.iij. vini vetuſtiſsimi & optimi, & bulliant ſi-



upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

mul lento igne ad vini conſumptionē, & caricæ bene purgatæ intus & extrà, & dactyli mūdati ſimiliter, & paſſulæ ſine granis ſuis: pineæ autem & amygdalæ & piſtaceæ, omnia iſta ſint bene mundata, & vnumquodque per ſe bene piſtetur, & poſtea ſimul miſceantur in mortario, & addatur ibi terebinthina. At omnia inſimul iterum piſtentur, & cum ſupradicto melle calido in eodem mortario paulatim poſito diſtemperentur, & poſtea addantur pulueribus aliarum ſpecierū ſupradictarum.

Diapraſium autem secūdum intentionem Compoſitoris, dicitur à praſio viridi, quod ibi ponit pluſquā de alijs.

Diapraſium, ad omnē pectoris infirmitatem, & maxime ad catarrhum, & cerebri frigiditatem mirè prodeſt: ſanat etiam capitis vertigines, oculorum caliginem, palatum, et arterias: ad omnem item ſpeciem catarrhi quæ fit ex frigiditate, maximè confert, & den-

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

tium dolorem mitigat.

## *Diaireos ſimplicis antidotum.*

℞. Iridis ℥.i.
Zucchari candi
Tragacanthæ frigidæ añ. ʒ.iij.
Miſce & fac pulueres.

Diairis autem dicitur, à radice illa quæ Iris appellatur.

## *Diairis Salomonis.*

D. N.

℞. Iridis ℥.i.
Pulegij
Hyſſopi
Liquiritiæ añ. ʒ.vj.
Tragacanthæ
Amygdalarum
Pinearum
Cinnamomi
Zingiberis
Piperis añ. ʒ.iij.
Caricarum
Carnium dactylorum

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Paſſularum enucleatarum añ. ℥. iij. ß.
Styracis rubei ℥. ij. ℈. j.
Mellis quod ſufficit.

Diairis dicitur, à radice illa quæ Iris appellatur: & Salomonis, ab arcu cœleſti.

Diairis Salomonis, tuſsiculoſis, & difficulter ſpirantibus auxiliatur: abſciſſæ vocis iacturam reſarcit, quæ perfrictione contracta ſit.

## *Diaſulphur.*

D. M.

℞. Piperis albi & longi añ. ℥. vj.
Sulphuris flaui
Thuris
Mei
Hyoſcyami albi
Myrrhæ
Styracis
Cardamomi añ. ℥. viij.
Rutæ
Coſti

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa
9700310341

Caſsiæ añ. ʒ.v.
Opij
Mandragoræ añ. ʒ.iij.
Croci ʒ.ij.ß.
Melle deſpumato excipe: poſt ſex menſes vtere.

Diaſulphur confert febribus diuturnis, vt melancholicis, phlegmaticis: thoracem & pulmones purgat pituita craſſa lenta purè: ob id tuſsim antiquã, & difficultatem ſpirãdi inde natam leuat. Splenis duriciem minuit, & inde natum hydropem: vrinas mouet, calculum frangit: morſibus venenatis, & poto iam veneno prodeſt.

## *Diatragacantha calida.*

℞. Gummi tragacanthæ
Hyſſopi añ. ℥.iiij.
Pinearum
Amygdalarum ambarũ purgatarum
Seminis lini añ. ʒ.vj.
Seminis fœnigræci

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Cinnamomi añ.℥.ß.
Liquiritiæ, & ſucci eius
Zingiberis añ.ʒ.ij.
Fiat puluis.

Diatragacantha dicitur, à tragacantha quam recipit: calida autem, ad differentiam alterius deſcriptionis quæ diatragacantha frigida dicitur.

Diatragacantha calida datur in ſtrictura pectoris facta à materia frigida, groſſa & viſcoſa.

## *Diatragacantha frigida.*

℞. Diatragacanthæ albæ.℥.ij.
Gummi arabici ℥.i.ʒ.ij.
Amyli.℥.ß.
Liquiritiæ.ʒ.ij.
Penidiorum.℥.iij.
Quatuor ſeminum frigidorum, maiorum & mundatorum añ.ʒ.ij.
Camphoræ ℈.ß.
Syrupi violati quantum ſufficit.

Diatragacantha frigida medetur

upna
Universidad Pública de Navarra
Nafarroako Unibertsitate Publikoa
9700310341

omnibus pulmonũ & pectoris cauſa-
rijs: maximè tabidis, macie confectis,
inflammatione lateris laborantibus,
& omnibus tuſsibus, calidis & ſiccis,
exaſperationi linguæ & gurgulionis.
continet autem ægrotans in ore, vt li-
quefactum deuoret, quoad perfectè ex-
purgatur.

## *Diamorôn Potio.*

D. M.

℞. Succi mororum celſi domeſtico-
rum ℔.ß.
Succi mororum rubi ℔.j.
Mellis ℔.ß.
Sapæ ℥.iij.

Intellige quòd ſapa, muſtum ad ter-
tiam vſq; partẽ decoctum, & ſiræum,
idem ſunt.

Confice ſic: Succum cũ melle & ſa-
pa in vaſe æneo vel ſtanneo ad prunas
leues, & ad perfectã decoctionem bul-
lire ſine: dum autem ſcire volueris ſi



Universidad Pública de Navarra
Nafarroako Unibertsitate Publikoa
9700310341

coctum fuerit, pone ex eo guttã vnam ſuper marmor, & inclinato marmore ſi ſe vt mel retinuerit, coctum eſt: cola & reſerua in vaſe ſtanneo.

Diamorum Meſues, conueniens ad apoſtemata gutturis, & vlcera, & ad omnia genera præfocationum.

*Confectio de Iacur ſecundum intentionem Galen. eſt* DIACODIVM *purum, & ſic eſt ſecundum ueritatem. huius meminit* Luminare maius.

℞. Decem capita papaueris nigri, in quibus ſit mediocritas inter paruitatem & magnitudinem, humiditatem & exiccationem, & proijciatur ſuper ea aquæ ſextarium vnum, id eſt, lib. ij. ß. & ſit aqua pluuialis. & ſi ſint humida pluſquàm ſicca, dimittantur die ac nocte: & ſi ſint ſicciora, dimittantur plus. tunc coque ea vſque dum decocta ſint, & aquæ duæ partes ſint con

upna
Pública de Navarra
9700310341 Nafarroako Unibertsitate Publikoa

ſumptæ,tunc verò cola ſuccum eius.

Diacodium dicitur, à codia, quod papauer nigrum interpretatur, quod ibi intrat.

Diacodium propriè datur omni ſolutioni ventris, maximè dyſentericis cum decoctione aquę pluuialis, in qua ſit ſpodium coctum, vel cum aqua roſata, & lientericis.

## *Diapapauer.*

D. M.

℞. Papaueris albi ℥.xxv.
Amygdalarum dulc. excorticatarum
Granorum pini excorticatorum
Gummi arabici
Tragacanthæ
Succi liquiritiæ añ.℥.x.
Amyli ℥.iiij.
Seminis portulacæ
Seminis lactucæ
Seminis cotoneorum añ.℥.iiij.
Croci ℥.i.

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Penidiorum ℥.iiij.
Syrupi de papauere quod ſufficit.
Diapapauer, mire prodeſt Ethicis, Phthiſicis, & nimium vigilantibus.

## *Diacurcuma.*

℞. Croci
Aſari
Seminum petroſelini
Dauci
Aniſi
Seminis apij añ. ʒ.iiij.
Rauedſeni, id eſt, Rheubarbari
Meu, id eſt, fœniculi erratici, cuius radix eſt tortuoſa
Spicæ nardi añ. ʒ.vj.
Coſti
Myrrhæ
Caſiæ ligneæ
Schœnu anthos
Carpobalſami, id eſt, ſeminis balſami
Rub. tinctorum
Succi abſinthij

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Succi Eupatorij
Opobalſa. id eſt, liquoris balſa. añ. ℥. ij
Calami aromatici
Cinnamomi añ ℥. i. ß.
Scordium quia non inuenimus in hac regione, loco eius ponimus allium agreſte.
Scolopendriæ, ſiue ceterac
Succi liquiritiæ añ. ℥. ij. ß.
Tragacanthæ ℥. i.
Confice cum melle deſpumato.

Diacurcuma dicit, quia color aſsimilatur curcumæ: vel dicitur à croco, qui in ea ingreditur in bona quantitate. Et quia vocabulum eſt corruptū, dicitur diacurcuma, ſed debet dici diacrocum. Melius tamen eſt, Manardi iudicio, hanc dimittere, quia non bene conficitur: ſi quis tamen conficere eam velit, videat vt habeat verum eupatorium: nam quo paſsim vtuntur, mendax eſt.

Diacurcuma magna Meſues, conferens ad ægritudines antiquas, & cache

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

xiam, & hydropiſim iuuamẽtum manifeſtum, & eradicat ægritudines hepatis & ſplenis quæ iam induratę ſunt, & confert ad corruptionem ſtomachi, & humiditatem frigidã, & ventoſitates groſſas in eis, & ad dolorem renum & veſicæ, & vrinam prouocat.

## *Diacurcuma minor.*

D. M.

℞. Spicæ nardi
Myrrhæ
Caſsiæ
Croci
Schœnu anthus
Coſti
Cinnamomi añ. &c.
Melle deſpumato excipitur.
Eadem præſtat quæ maior, ſed imbecillius.

## *Diaſatyriôn.*

℞. Teſtium ſatyrij viridis
Baucię, id eſt, paſtinacæ

upna Universidad Pública de Navarra 9700310341 Nafarroako Unibertsitate Publikoa

Nucis Indicæ
Pinearum purgatarum
Piſtaceorum, id eſt, fiſticorum.
Secacul, id eſt, ~~ſigilli ſanctæ Mariæ. huius meminit Luminare maius.~~
Caryophyllorum añ. ʒ.xij.
Zingiberis
Aniſi
Erucæ
Linguę auis. i. ~~ſeminis Fraxini~~ añ. ʒ.v
Cinnamomi
Caudarum Stincorum recentium
Seminis Bulbi añ. ʒ.ij.ß.
Moſchi gr.v.

Confice ſic: In tanto mellis deſpumati quod ſufficit, ponãtur teſticuli ſatyrij, baucia, & ſecacul, vnumquodque per ſe prius bene tritum, & ſimiliter vnũquodq; in ſupradicto melle mittatur, & cum ſpatula bene miſceatur, & bulliat aliquantulum, deinde addantur pineæ & piſtaceæ bene tritæ. Et quum aliquantulum bullire voluerint, depo-

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

nantur ab igne, & pulueres prædictarum ſpecierum ibi commiſcendo adiungantur: ad vltimum verò, muſcus cum aqua roſarum apponatur, & ſic vſui reſeruetur.

Diaſatyrion dicitur à ſatyrij radicibus: ſatyriaſis enim Græcè, Latinè dicitur erectio virgæ.

Diaſatyrion pollet contra veſicæ & renum imbecillitatem: ijs etiã auxilio eſt, qui vrinã reddere nequeunt: venerẽ mirũ in modũ ſtimulat, eamq; certa de cauſa ceſſantẽ, haud ſegniter reſtituit.

## *Diaſatyrion.*

D. M.

℞ Radicum ſatyrij recentium ℔.j.
Lactis ouini recentis q.ſ.
Olei recentis amygdalarum dulcium ℥.iij.
Syrupi ex ſucco bugloſſi deſpumati ℔.ij.
Succi pomorum dulcium ℥.xij.



upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Sacchari optimi ℔.iij.
Cinnamomi ℥.v.
Been albi & rubri. añ.℥.ij.
Ligni aloës ℥.iij.
Croci
Santali flaui
Tragacanthi
Gummi Arabici
Ocymi caryophyllati
Cubebæ
Macis añ.℥.i.ß.

Radices tuſas & cum lacte ad lactis conſumptionem prius coctas, tere piſtillo ligneo cum oleo amygdalarum: deinde ſyrupum, ſuccum pomorum cum ſaccharo prius coctum ſuperfunde, miſce percoquendo. Poſtremo ab igne depoſito inijce reliqua.

Diaſatyrion analepticum eſt & nutritorium phthiſicis, hecticis, vel aliter conſumptis & emaciatis. Datur ab aur. iij ad v.



upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

## *Diaprunis.* D. N.

℞. Prunorum Damaſcenorum viridiū, numero C. Ponantur in vaſe ſtanneo, & cum tanto aquæ quòd bene cooperiantur, & bulliant donec diſſolui videantur, & tunc ab igne deponantur: quumq́; tepefacta fuerint aliquantulum, ab aqua extrahantur, & in cribro ſuper cathinum poſito, tandiu pruna manibus fricentur vt nihil remaneat præter oſſa & cortices: & in aqua in qua pruna cocta fuerint, ponatur ℥.i.ß. violarum, & iterum bullire permittantur. Et fiat Syrupus cum duabus libris zucchari, in quo Syrupo ponatur pulpa talis prunorū. Et ad ſpiſsitudinē coquantur, & incipiēte inſpiſſari, ponatur caſsiæ fiſtulæ mundæ cum prædicta aqua ℥.i. Tamarindorum in prædicta aqua ſimiliter prius diſſolutorum & colatorum per caciam ℥.i. Memento tamen quòd in prædicta

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

aqua prunorum bulliat ℥. j. ß. violarum, vt dictum eſt. Et coquantur ad perfectionem, ſemper & indeſinenter agitãdo cum ſpatula. Quumq́ ad perfectionem decoctionis deuenerit, depone ab igne, & ſemper cum ſpatula mouẽdo, pulueres harum ſpecierum deſuper aſperge,

Santali

Spodij

Rheubarbari

Roſarum

Violarum

Seminis portulacæ

Seminis ſcariolæ

Berberis

Succi liquiritiæ

Tragacanthæ añ. ℥. ij.

Seminum frigidorum maio. añ. ℥. j.

Si vero laxatiuũ facere volueris, adde in vnaquaque libra quum ab igne deponitur.

Scammoniæ ℥. ß.

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Diaprunis non ſolutiuum Nicolai, datur acutas & peracutas patientibus, & maximè cauſoni & ſynocho in principio, in augmento & ſtatu ægritudinis: & ſine diagridio poteſt exhiberi in omni hora diei: cum diagridio verò, in aurora matutinali, & cum cautela, quoniam eſt ſolutiuum forte.

Diaprunis autē, vel Diamaſcenon, à prunis damaſcenis dicitur, & ipſum potes componere ſolutiuum, & non ſolutiuum: & vtrunque eſt in vſu.

## *Diacydonium Galeni, ſecundum Syluium.*

℞. Carnis cydoniorum
Mellis
Aceti albi an̄. ℔. iij.
Piperis
Zingiberis an̄. ℥. iij.
Petroſelini Macedonici ℥. i.

Diacydonium appetentiā languentem excitat, coctionem ciborum iuuat,

upna
Universidad Pública de Navarra
Nafarroako Unibertsitate Publikoa
9700310341

iecur & ventrem totum roborat: ventriculi diſpoſitiones propè omnes, exceptis quæ ab æſtu vehementi fiunt, modicè iuuat.

## *Aliud eiuſdem ſecundum eundem Syluium.*

℞. Succi malorum cotoneorum ſtruthiorum.
Mellis Attici an. ſextarios Rom. ij.
Aceti ſext. i. ß.
Zingiberis ℥. iij.
Piperis ℥. ij.
At in calido ventriculo & biliosò aufer piper & zingiber.

## *Diacydonium.*

D. M.

℞. Succi cydoniorum
Mellis deſpumati an. lb. iij.
Aceti lb. ij.
Piperis longi
Zingiberis



upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Cinnamomi an̄. ℥.j.
Caryophyllorum
Ligni aloës an̄. ℥.ß.
Moſchi ℈.iij.

Succum, mel, acetum igne lento coque continenter deſpumãdo ad mellis craſsitudinem: tunc inſperge cætera.

Diacydonium ex ſuccis cydoniorum appetentiam languentem excitat, ventriculum & hepar roborat, coctionem iuuat & retentionem, eam reſtringendo.

## *Diacydonium aliud*

D. M.

℞. Carnis cydoniorum in vino coctorum
Mellis deſpumati an̄. ℔.iij.
Cinnamomi
Caryophyllorum
Cardamomi
Galangæ an̄. ʒ.i.
Cinnamomi craſsi ʒ.iij.

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Zingiberis
Piperis longi
Macis añ. ʒ. iij.
Carnem & mel igne lento percoque, tunc adde reliqua.

Diacydonium hoc firmat ventriculum, coctionem iuuat, vomitum bilioſum & pituitoſum ſiſtit, colorem corporis floridum efficit.

## *Diacydonion cholagogum.*

D. M.

℞. Succi cydoniorum ℔. iij.
Mellis albi ℔. ij.
Scammonij ℥. i. ß.
Galliæ bonæ
Caryophyllorum
Zingiberis
Maſtiches
Piperis longi
Cinnamomi
Nucis moſchatæ añ. ʒ. iij.
At ſi cholagogum ſimul & phlegma-



upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

gogum facere velis
℞. Scammonij ℥.v.
Turbith ℥.xij.
Si ſolum phlegmagogum, abiecto ſcammonio
℞. Turbith ℥.xxv.
Cnici excorticati pondus ſcammonij.
Si bilem atrā vacuare velis, horum loco
℞. Elleborum nigrum: vel huius loco epithymum.

Quidam cum ſaccharo coquunt: alij cum carnibus tantum, alij cum ſucco tantum, alij cum ambobus.

Diacydonium hoc colico dolori, & alijs partium nutritoriarum morbis ſalubre datur ab aur.i.ad iij.

## Διὰ καρύων *Galeni, ſecundum Syluium.*

℞. Succi corticis exterioris nucum virentium in pila contuſarum
Mellis optimi ana partes æquales.
Coque hæc ad mellis ſpiſsitudinem

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

& vtere.

διὰ καρύων efficaciſsimum ad oris vlcera vt & quæ ſequuntur ſimili modo ac ratione parata ſtomatica: διὰ γλεύκους, διὰ ῥόδων, διὰ μήλων &c.

## *Diaphœnicon.*

℞. Dactylorum κεῤῥῶν infuſorum in aceto, tribus diebus ac tribus noctibus ℥.vi. ʒ.ij.

Penidiorum ſahari, id eſt, penidiorum quæ fiunt ex Zuccharo diſſoluto in aqua decoctionis hordei ℥.iij. ʒ.j.

Amygdalarum mundatarum ʒ.xv.

Turbith ℥.ij.ß.

Scammoniæ ʒ.vj.

Zingiberis

Piperis longi

Foliorum rutæ ſiccorum

Cinnamomi

Maceros

Ligni Aloes

Aniſi

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Fœniculi
Dauci
Galangæ an̄. ℥.i.gr.xv.
Fiat omnium trituratio bona, & conficiatur cum melle deſpumato.

Diaphœnicon autē dicitur propter dactylos qui ingrediuntur. Inde confectio de dactylis, id eſt diaphœnicon, vt dicit Meſue.

Diaphœnicon Meſues, cōferens ad febres compoſitas, eſt medicina ſecuritatis: confert etiā ad colicam, & dolorē ventris, humorem crudum, & frigora.

## *Diaphyſalidon*

D. M.

℞. Succorum lupi ſalictarij
Intybi
Apij purgatorum an̄. ℔. iiij.
Myrobalanorum citrearum, cepulaſrum an̄. ℥.xij.
Emblicarum ℥.i.
Indarum, bellericarum an̄. ℥.viij.

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Agarici
Ireos an̄. ʒ.x.
Abſinthij
Caſſuthæ
Radicis apij
Fœniculi
Aniſi an̄. ʒ.iij.
Vuarum paſſarū mundatarū. ʒ.lxxx.
Tamar Indorum
Cheiri
Caſsiæ fiſtulæ an̄. ℥.viij.
Mannæ ℥.ij.
Penidiorum hordeatorum ℔.iiij.
Olei Seſamini recentis ℥.v.
Trochiſcorum diarrhodon
Trochiſcorum de eupatorio
Trochiſcorum de abſinthio
Trochiſcorū de rhabarbaro an̄. ℥.i.ß.
Ireos ℥.i.
Agarici
Foliorum thymelææ nutritorum in aceto an̄.aur.viij.
Scammonij

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Succi eupatorij
Succi abſinthij
Croci
Laccæ lotæ
Mirobalanorum citrearum, cepula-
rum añ.aur.iiij.
Bellericarum, emblicarum Indarum
añ.aur.iij.
Spicæ
Aniſi añ.aur.ij.
Turbith ℥.vj.
Olei thymelææ ℥.iij.

Myrobalana, agaricum, irin, ab-
ſinthiũ, caſſutha, radices omnes, vuas
paſſas, in ſuccis indita coquuntur igne
lento ad conſumptionem ſuccorum di-
midij: manibus fricantur probè & co-
lantur. Vni huius parti adde tamar In-
dorum, cheiri, caſsiam, mannam: cola
& munda. Alteri ſuccorum parti adde
penidia hordeata: miſce omnia ſimul:
bis ferueſiant: tunc adde oleum ſeſami-
num: percoque ad mellis craſsitudi-

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa
9700310341

nem, ab igne depoſitis adde trochiſcos & reliqua.

Alkekangi efficaciſsimũ eſt ad hydropem & cachexiam & affectus hepatis, lienis, iuncturarũ, lubricitatem partium nutritoriarum, formæ corruptionem, hæmorroidas.

## *Diacartami.*

℞. Pul. Tragacanthæ frigidæ ℥ ß.<br>
Carnium cotoneorum ʒ.j.<br>
Medullæ cartami ℥.iiij.<br>
Zingiberis alb. ʒ.ij.<br>
Diagridij ʒ.iij.<br>
Turbith alb. ʒ.vi.<br>
Mannæ granatæ ʒ.ij.<br>
Mellis roſati colati ℥.j.<br>
Zucchari ʒ.viij.<br>
Hermodactylorum ʒ.iiij.<br>
Fiat Electuarium, addendo<br>
Zucchari quod ſufficit.

Diacartamũ magiſtrale prodeſt in euacuatione choleræ & phlegmatis.

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

## *Diacalaminthum*

D. M.

℞. Calaminthes fluuialis & montanæ
Seſeleos
Petroſelini
Liguſtici añ. ℥.vj.
Zingiberis ℥.iij.
Seminis apij
Summitatum thymi añ. ℥.ij.
Piperis nigri ℥.i.ß.
Melle deſpumato excipe.

Electarium diacalaminthæ Galeni humores craſſos & lentos tenuat, flatus etiam craſſos diſsipat, ſingultum inde natum vehementem ſoluit.

## *Dianacardon Actuarij ſecundum Syl.*

℞. Anacardiorum
Epithymi
Acori
Piperis

upna
Universidad Pública de Navarra
Nafarroako Unibertsitate Publikoa
9700310341

Saxifragæ
Maſtiches.
Iridis
Myrobalani ſingulorum quadrantem
Croci
Caſsiæ
Folij
Spicæ Nardi
Mei
Agarici
Iunci odorati
Rhei ſing. ſeſcunciam
Aloës ſextantem
Caryophyllorum ℥.i.
Mellis quantum ſufficit.

Dianacardon Actuarij ad vertiginoſos, comitiales, difficulter ſpirãtes, & ileoſos, menſes pellit, incipientem hydropen, & cachexiam ſanat.

## *Diacorallium magiſtrale.*

℞. Specierũ diarrhodō Abbatis ʒ.iiij.
Vtriuſque corallij

upna Universidad Pública de Navarra 9700310341 Nafarroako Unibertsitate Publikoa

Fragmentorum pretioſorum
Margaritarum nō perforatarū añ. ℨ.ß.
Puluerentur ſubtiliter, & addatur
Zucchari diſſoluti in aqua Roſarum
℥.viij ß.
Et fiat confectio in morſellis.

Diacorallium dicitur, à Corallo ingrediente compoſitionem ipſius.

Diacorallium magiſtrale mirabiliter valens ad confortationem cordis & ſtomachi, & maximè quum ex longa ęgritudine & calida ſunt debilitata.

## *Diacaßia fiſtula magiſtralis pro enematibus.*

℞. Florum Violarum
Matrum violarum, id eſt, foliorum
Maluarum
Mercurialis
Bletarum, id eſt, Cicle
Parietariæ añ. M.j.
Abſinthij Rom. añ. M.ß.
Omnium viridiū, fiat ex his decoctio
in ſuf

upna Universidad Pública de Navarra
9700310341 Nafarroako Unibertsitate Publikoa

in ſufficienti quantitate aquæ, poſtea coletur manibus exprimendo, in qua colatura diſſolue

Caſsiæ fiſtulæ ℔.j.

Mellis electi ℔.ß.

Coquatur totum vſque ad conſumptionem decoctionis.

Diacaſsia autem dicitur, quod in ipſa caſsia ingreditur.

Diacaſsia eſt lenitiua ventris & lenis, & eſt medicina pro delicatis, carens acuitate & mordicatione, & omni exceſſu lædente.

## *Diacaſsia*

D. N.

℞. Succorum violæ

Betæ

Mercurialis

Maluæ

Herbæ muralis añ. quartarium.j.

Succi abſinthij Pontici ℥.ij.

Mellis quantum ſufficit.

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Medullæ caſsiæ ℔.j.

Succos cum melle ad iuſtam craſsitiem coque, tunc adde caſsiam.

Diacaſsia vtile catharticum pauperibus, etiam diuitum clyſteribus percommodum.

## *Diaſene* D. N.

℞. Ligni aloës
Caryophyllorum
Galangæ
Nucis moſchatæ
*Folij
Maceros
Cinnamomi an̄. ʒ.ij.
Lapidis lazuli
Lapidis armenici an̄. ʒ.ij.ß.
Senæ in duplo prædictorum
Croci ʒ.j.
Serici crudi & combuſti an̄.℈.ij.
Raſuræ eboris
Spodij
Anacardij

**Folium, Græci* μαλάβαθρον *uocant.*

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Oſsis cordis ceruini
Blattæ bizantiæ an̄. ʒ.ij.
Hermodactylorum ℥.j.
Myrrhæ
Gentianæ
Baccarum lauri
Ellebori nigri an̄. ʒ.ij.
Auellanarum combuſtarum num̄.xv.
Ambræ ℈.ij.
Mellis quantum ſufficit.
Quidam addūt pro leproſis, Carnium ſerpentum ℥.ij.

Diaſene ſic dicitur, quia plus de ſena ingreditur deſcriptionem hanc, quàm de alijs ſpeciebus.

Diaſene valet propriè melancholicis, maniacis, cardiacis, & triſtibus, quartanarijs & ſpleneticis.

Confectio hæc non præparatur, nec eſt in vſu apud nos: aliqui tamen hac vtuntur.

## *Decoctio pectoralis.*



upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

℞. Hyſſopi ſiccæ
Capillorum Veneris
Ficuum
Dactylorum
Sebeſten
Paſſularum
Hordei
Liquiritiæ añ. partes æquales.

Bulliant hæc in aqua ſufficientis quantitatis ſecundum artem, deinde colentur & reſeruentur.

Decoctio pectoralis magiſtralis, leniens pectus & conferens ad tuſsim, & raucedinem vocis.

## *Decoctio communis.*

℞. Prunorum
Thamarindorum
Paſſularum
Violarum
Liquiritiæ
Hordei añ. partes æquales.

Bulliant hæc in aqua ſufficientis

upna
Pública de Navarra
9700310341 Nafarroako Unibertsitate Publikoa

quantitatis ſecundum artem, & colentur, & reſerua.

Decoctio communis, quæ in acutis febribus, & alijs paſsionibus calidis, & tempore calido eſt multum in vſu ad diſtemperandum medicinas, quæ in his tēporibus & paſsionibus aſſumuntur: variantur autem iſtæ decoctiones à medicis peritis ſecundum diuerſitatem ægritudinum magis & minus calidarum, & in exigentia diſpoſitionum.

## *Decoctū adianthi albi* D. M.

℞. Adianthi albi ℥.i.ß.
Fumariæ ℥.i.
Lupi ſalictarij
Violarum ſiccarum an̄. ʒ.viij.
Pruna num̄.xl.
Zizipha num̄.xx.
Aquæ ℔.iij.
Caſsiæ fiſtulæ purgatæ ℥.iij.
Tamar Indorum ℥.ij.
Mannæ ℥.i.



upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

R habarbari boni ʒ.iij.

Confice ſic: Omnibus in aqua coctis ad duarum librarum conſumptionem, adde caſsiam, tamar Indorum, mannam & rhabarbarum, frica manibus & cola. Interdum loco aquæ, coquuntur hæc in ſeri lactis caprini ℔.iiij.

Apozema adianthi albi ſanguinem à miſtis ipſi putribus materijs purgat, clarumq; reddit, & ardorem ipſius & flauæ bilis compeſcit.

## *Decoctum fumariæ*

D. M.

℞. Succi cichorij
Succi intybi
Succi lupi
Succi bugloſsi an̄. ℥.iiij.
Succi fumariæ ℥.i.ß.
Myrobalanorum flauarum & Indarum an̄. ʒ.ij.
Paſſarum purgatarum tritarum ℥.i.
Tamar Indorum ℥.iij.

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Succis coctis & purgatis adduntur myrobalani, paſſulæ & tamar Indi, vt artis eſt.

Decoctum fumariæ ſanguinem bile flaua, & aduſtis humoribus purgat, mundumq́ꝫ reddit: hepatis obſtructionem aperit, ac inde natum icterum ſanat.

## *Decoctum thymi*

D. M.

℞. Thymi
Caſſuthæ
Hyſſopi an. ℥.j.
Paſſarum purgatarum ʒ.xx.
Cepularum, emblicarum an. ℥.j.
Turbith ʒ.iiij.
Stœchados
Polypodij an. ʒ.v.
Eupatorij
Abſinthij
Aniſi
Dauci an. ʒ.iij.

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Radicis apij
Radicis fœniculi an. ʒ.vij.
Turbith
Agarici an. ʒ.i.
Zingiberis ʒ.ß.
Aquæ lib.iij.

Facta coctione ad librarum duarum conſumptionem, colato adde turbith, agaricum, zingiber, macerari per noctem ſine, poſtridie cola & vtere.

Decoctum hoc phlegmagogum, ob id ſenibus & aliter pituitoſis ſalubre, ventriculum firmat, coctionem iuuat, flatus à viſceribus & hypochondrijs diſſoluit.

## *Decoctum myrobalanorum*

D. M.

℞. Myrobalanorum flauarum
Cepularum Indarum an. ℥.i.
Tamar Indorum ℥.i.ß.
Fumariæ ʒ.viij.
Abſinthij ʒ.ij.

upna
Pública de Navarra
9700310341 Nafarroako Unibertsitate Publikoa

Pruna num̄. xxx.
Paſſularum purgatarum ℥.j.
Aquæ ℔.iij.
Caſsiæ ℥.ij.vel.j, & tunc
Turbith
Agarici an̄. ʒ.ß.

Aqua cum aliis ad duarū librarum conſumptionem cocta, reliquæ libræ adde caſsiæ ℥.ij. ſine turbith & agarico: quæ cum vna libra caſsiæ adduntur cum valentius cupimus, & cum aqua caſei coquimus.

Apozema myrobalanorum bilem vtramq; & pituitam purgat.

## *Decoctum ſtœchados*

D. M.

℞. Stœchados
Origani an̄. ʒ.iiij.
Seminis apij
Seminis fœniculi
Eupatorij an̄. ʒ.iij.
Schœnanthi



upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Hyſſopi añ. ℥.ij.
Paſſularum purgatarum ℥.viij.
Turbith albi arundinacei ℥.iiij.

Decoctum ſtœchados confert pituitoſis affectibus, vt febribus quotidianis, iuncturarum & neruorum dolori & frigidæ intemperiei.

## *Decoctum eupatorij*

D. M.

℞. Eupatorij
Abſinthij
Aſari
Spicæ
Adianthi albi
*Cyperi — ** alij cypri, id eſt, florum liguſtri.*
Rhabarbari
Fumariæ
*Spinæ albæ — ** bedagar.*
*Spinæ Aegyptiæ añ. ℥.iiij. — **ſucaba.*
Cepularum, Indarum añ. ℥.viij.
Paſſarum purgatarum ℥.i.

Decoctum eupatorij, hepatis & lie-

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

nis obſtructionem, & inde naſcentes dolores & febres compoſitas iuuat.

## *Decoctum epithymi*

D. M.

℞. Myrobalanorum Indarum
Stœchados
Epithymi
Paſſarum purgatarum añ. ℥.j.
Cepularum
Fumariæ añ. ʒ.iiij.
Folliculorum ſenæ ʒ.viij.
Polypodij ʒ.vj.
Turbith ʒ.iij.
Eupatorij ʒ.v.
Aquæ caſei ℔.iij.
Ellebori nigri ʒ.j.
Agarici ʒ.ß.
Salis Indi aur.j.

Omnia præter epithymum concoquantur in aqua caſei ad duarum librarum conſumptionem; tunc adde epi-

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa
9700310341

thymum, & ſemel feruefac, cola, frica in eo elleborum, agaricum, & ſal.

Decoctum epithymi atram bilem vacuat, ob id affectibus melancholicis, vt cancro, elephantiaſi, & cæteris confert.

## Diacaryon

D. M.

℞. Succi ex corticibus nucum viridium, canicularibus diebus extracti, ſemel feruefacti ℔.iiij.

Mellis ℔.ij. additis coquuntur ad mellis craſsitiem.

Diacaryon efficax eſt ad catarrhum acrem & tenuem à capite in aſperam arteriam, pulmones, thoracem, à quo phlegmone, ſuffocatio, mors impendet. Idq; medicamentum pueris, mulieribus, & natura humidis ſalubre eſt. Quod ſi phlegmones initium, adſtringentium aliquid miſcendum eſt, vt roſa, balauſtium: ſi in ſtatu, crocus &

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

myrrha: ſi in declinatione, nitrum & ſal hammoniacus, & ſimilia.

# Electuarium

## *Catholicum.*

℞. Senæ bene mundatæ
Caſsiæ fiſtulæ mundæ
Thamarindorum añ. ℥.viij.
Rheubarbari
Violarum
Polypodij
Aniſi añ. ℥.iiij.
Liquiritiæ mundatæ
Penidiorum
Zucchari candi an. ℥.iiij.
Quatuor ſeminum frigidorum maiorum añ. ℥.j.
Tunc accipe libram vnam polypodij, & tere, & in aqua diutiſsime decoque, & ex colatura fac Syrupum cum viij. ℔. zucchari, diſtempera caſsiam

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

fiſtulam & Thamarindos, & in fine decoctionis, ſpecies pone, deinde conſice electarium.

Catholicon dicitur, ab inuentoris deſcriptione.

DIACATHOLICON Nic. datur in acutis & peracutis, quia mollificat, digerit, & confortat, valet hepaticis & ſpleneticis.

## *Electarium de ſucco roſarum.*

℞. Zucchari
Succi roſarum añ. ℔.i. ℥.iiij.
Trium ſandalorum añ. ʒ.vj.
Spodij ʒ.iij.
Diagridij ʒ.xij.
Camphoræ ℈.j.

Tempera ad modum Electarij cum ſyrupo facto de eodem Zucchoro & Roſis.

Dicitur autem Electarium de ſuc-

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

co roſarum, ab eodem ſucco quem recipit.
Electarium Roſarum Meſues ſolutione educens choleram ſine moleſtia, & valet ad ægritudines ex ea factas, & ad ægritudines iuncturarum calidas, & ad ſodam calidam, & vertiginem, & oculorum dolores, & ad icteritiam citrinam, & eſt ſanum & expertum.

## *Electarium de Pſyllio.*

℞. Succi Bugloſſæ ſylueſtris & domeſticæ
Succi Endiuiæ
Succi Apij, coctorum & depuratorum an. ℔. ij.
Et projce deſuper,
Seminis cuſcutæ
Aniſi
Foliculorum ſenæ an. ℥. ß.
Capillorum Veneris M. j.
Succi fumiterræ ℥. iij.

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Aſari ℥.iiij.
Spicæ,ſiue ſpicæ nardi ʒ.ij.
Dimitte die ac nocte, deinde bulliat ebullitione vna, & proijciatur deſuper
Violarum viridiũ, aut ſiccarum ℥.iij.
Epithymi ℥.ij.
Et bulliant iterum alia ebullitione parua, deinde coletur & exprimatur, & in colatura ponantur
Pſyllij ℥.iij.
Et dimittantur per diem & noctem, omni hora tamen agitando cum ſpatula, deinde exprimatur viſcoſitas tota, deinde accipe huius viſcoſitatis ℔.iiij. & proijce deſuper
Zucchari albi ℔.ij.ß.
Scammoniæ coctæ in pomo ℥.iij.ß.
Et coquatur cum facilitate, & poſtquàm coctum fuerit, proijciatur ſuper ipſum puluis
Trochiſcorum Diarrhodon
Trochiſcorum de Spodio

upna Pública de Navarra 9700310341 Nafarroako Unibertsitate Publikoa

Trochiſcorum de Rhabarbaro añ. ℥.j.
Trochiſcorum de Berberis ℥.ß.

Hic debet groſſo modo puluerari Aſarum, vt ſit magis ſolutiuum, quàm prouocatiuum. In hac etiam confectione ponitur, violarum viridium: in alia prunorum: & vtraque litera eſt bona, & conueniunt propoſito: & adhuc erit melius ſi vtrunq; ponatur, ſcilicet violæ, & prunæ: ſed debent poni pruna ſicca, non viridia.

Nicolaus in ſuo Antidotario inquit, electarium Pſylliticum, à pſyllio dictum.

Electarium de Pſyllio Meſue, ſolutione educens choleram citrinam, & conferens ad vertiginem quæ fit à fumis cholericis.

## *Electarium dianiſon*

D. M.

℞. Aniſi ℥.xx.
Glycyrrhizæ



upna Universidad Pública de Navarra
9700310341 Nafarroako Unibertsitate Publikoa

Maſtiches añ. ℥.j.
Fœniculi
Carui
Macis
Galangæ
Zingiberis
Cinnamomi añ. ʒ.v.
Trium piperum
Calaminthes
Pyrethri
Caſsiæ añ. ʒ.ij.
Cardamomi
Caryophyllorum
Cubebarum
Croci
Spicæ nardi añ. ʒ.j.ß.
Sacchari ℥.ij.
Mellis deſpumati quantum ſufficit.

Electarium dianiſon intemperiem frigidam ventriculi à pituita cruda vel etiam flatibus ſanat, & tuſsim diuturnam à frigida cauſa genitam.

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

# *Electarium de cinnamomo*

D. M.

℞. Cinnamomi ſubtilis ʒ.xv.
Cinnamomi craſsi
Cymini
Enulæ campanæ añ.℥.ß.
Galangæ ʒ.vij.
Caryophyllorum
Piperis longi
Cardamomi vtriuſque
Zingiberis
Macis
Nucis moſchatæ
Ligni aloës añ. ʒ.iij.
Croci ʒ.i.
Sacchari ℥.v.
Mellis deſpumati, quantum ſufficit.
Sacchari leuiſsimè triti duplo ad pulueres tenuiſsimos, pondere excipiunt, & ſiccum ſeruant.
Moſchi ſecundum alios ℈.ij.

Electariũ de cinnamomo coctionem



upna Universidad Pública de Navarra
9700310341 Nafarroako Unibertsitate Publikoa

iuuat, etiam pituitæ putredinem prohibet, diſtributionem alimenti in corpus promouet.

## *Electarium de aromatibus*

D. M.

℞. Ligni aloës crudi
Roſarum an̄.aur.xij.
Calami aromatici aur.iiij.
Galliæ moſchatæ
Menthæ ſiccæ
Spicæ nardi
Caſsiæ
Maſtiches
Cinnamomi
Caryophyllorum
Aſari an̄.aur.iij.
Croci
Cardamomi maioris & minoris
Trium ſantalorum
Rhabarbari
Coſti
Cubebarum

upna
Pública de Navarra
9700310341 Nafarroako Unibertsitate Publikoa

Zingiberis
Seminis fœniculi
Seminis aniſi
Seminis liguſtici añ.aur.ij.
Sacchari ℥.vj.
Miuæ aromaticæ ℥.xij.
Mellis deſpumati quantum ſufficit.

Electarium de aromatibus ad ventriculum & hepatis affectus frigidos, ex pituita craſſa & flatibus natos efficax. Flatus enim diſcutit, coctionem iuuat: ob id acidos ructus, nauſeam, cibi faſtidium compeſcit, colorem cuti floridum affert, canitiem tardat, oris & ſudoris odorem commendat. ſed hepar & renes immodicè calfacit, ac inde ſemen & venerem promouet. Datur à ʒ.ij. vſque ad aur.vj.

## *Electarium de baccis myrti*

D. M.

℞. Baccarum myrti tenuiſsimè tritarum ℔.j.



upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Myrobalanorum nigrarum
Bellericarum
Emblicarum in aqua cydoniorum & vino odorifero ſemel ferueſactarum añ. ℥.vij.
Seminum aniſi
Cymini
Apij aceto horis vigintiquatuor maceratorum & ſiccatorum añ. ℥.v.

Electarium de baccis myrti ventriculum & hepar firmat, eorumq́; coctionem iuuat: ob id lienteriæ & dyſenteriæ hepaticæ confert, datum cum ſyrupo decoctionis cydoniorum.

## *Electarium de ſeminibus* D. M.

℞. Seminum cymini
Aniſi
Fœniculi
Cari
Dauci
Ameos

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Apij
Amomi aceto horis vigintiquatuor maceratorũ & ſiccatorum añ. ℨ.vj.
Cinnamomi
Zingiberis
Macropiperis
Seſeleos
Galangæ añ. ℨ.v.
Cardamomi
Spicæ nardi
Caryophyllorum añ. ℨ.iiij.
Libyſtici ℨ.iij.
Melle deſpumato excipiuntur, vel duplo
Sacchari adiecto puluis fit leuiſsimus.

Electarium de ſeminibus coctionem iuuat, obſtructiones aperit: ob hæc lienteriam ſanat, & dolores viſcerum à flatibus excitatos placat.

## *Electarium Regium* D. M.

℞. Strobylorum excorticatorũ ℥.viij.
Amygdalarum purgatarum ℥.vj.



upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa
9700310341

Sacchari ℔.iiij.
Aquæ roſatæ ℔.i.ß.
Olei amygdalarum dulcium recentis
Olei roſati an̄. ℥.iij.
Cinnamomi ʒ.viij.ß.
Caryophyllorum
Santali citrei an̄. ʒ.iij.
Ligni aloës ʒ.iiij.
Ambræ ʒ.i.
Moſchi ℈.ß.

Electarium Regium cerebrum, cor, thoracem, ventriculum roborat.

## *Electarium ex granis tinctorijs* D. M.

℞. Serici ſucco granorum tinctorum recenter tincti ℔.i.
Succi pomorum dulcium
Aquæ roſarum an̄.℔.i.ß.
Sacchari optimi ℔.i.ß.
Ambræ crudę minutim cōſciſſæ ʒ.iiij.
Ligni aloës crudi
Cinnamomi craſsi an̄.ʒ.vi.

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Lapidis cyanei loti & præparati
Margaritarum albarum an̄. ʒ.ij.
Foliorum auri boni ʒ.j.
Moſchi laudatiſsimi ℈.j.

Confice ſic: Sericum aqua & ſucco maceretur vigintiquatuor horas: deinde pauliſper his incoquetur, donec liquores iſti rubeant: quos expreſſo & abiecto ſerico coque cum ſaccharo ad mellis craſsitudinem. Ab igne depoſitis & adhuc calētibus miſce ambram, qua liquata inijce puluerē ligni aloës, cinnamomi, lapidis cyanei, margaritarum, folia auri & moſchum.

Confectio alkermes, id eſt, electariū ex granis tinctorijs ad cordis palpitationem, ſyncopen, mētis alienationem ſeu deſipientiam, mœrorem ſine cauſa manifeſta: facultates enim noſtrum cor pus diſpenſantes mirificè roborat. Datur ab aur. j. ad aur. ij. ß.

*Electarium xylaloës*



upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

D. M.

℞. Ligni aloës crudi
Roſarum rubrarum añ. ʒ. viij.
Caryophyllorum
Spicæ nardi
Macis
Nucis moſchatæ
Galliæ moſchatæ
Cubebæ
Cardamomi vtriuſque
Maſtiches
Cinnamomi
Cyperi
Schœnu anthus
Zedoariæ
Folij behen albi & rubri
Serici crudi
Margaritarum
Corallij rubri
Succini
Citri corticum & foliorum
Ozymi caryophyllati
Siſymbrij aquatici

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Menthæ ſiccæ
Piperis longi
Zingiberis añ. ℥.iiij.
Ambræ ℥.i.ß.
Moſchi ℈.i.
Melle emblicarum ⁊
Miua aromatizata excipitur.

Confectio ligni aloës morbos cordis, ventriculi, hepatis frigidos ſanat, & partes ipſas roborat: ob id cordis palpitationem, ſyncopem ſanat, exhilarat, coctionem iuuat, ac inde & odore ſuo halitum oris commendat.

## *Electarium lætificans* D. M.

℞. Roſarum
Ligni aloës añ. ℥.vj.
Macis
Nucis moſchatæ
Galliæ moſchatæ
Cardamomi vtriuſque añ. ℥.ij.
Cinnamomi
Croci añ. ℥.ij.

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Ciperi ʒ.v.
Caryophyllorum
Maſtiches
Spicæ nardi
Aſari añ. ʒ.iij.
Melle emblicarum excipe
Moſchi gr.xv.aromatiza.

Electuarium lætificans ad affectus cordis,vẽtriculi, hepatis,quas parteis etiam roborat, palpitationem cordis emẽdat,valenter exhilarat,coctionem iuuat: proindeq́; oris & corporis reliqui odorem commendat,coloremq́; viuidum facit. Datur à ʒ.j.ad ʒ.iij.

## *Electarium ex citro*

D. M.

℞. Corticum citri aur.xx.
Caryophyllorum
Ligni aloës
Cinnamomi
Macis
Galangæ añ. ʒ.ij.

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Cardamomi
Zingiberis añ. ʒ.i.
Moſchi ʒ.v.
Melle excipitur.

Electarium ex citro cor & ventriculum roborat, coctionem iuuat, oris halitum commendat, flatus craſſos diſſipat.

## *Electarium ex rhabarbaro* D. M.

℞. Rhabarbari
Succi eupatorij
Succi abſinthij añ. ʒ.v.
Myrrhæ
Croci añ. ʒ.i.
Spicæ nardi
Aſari
Caſsiæ
Schœnu anthus
Fumariæ
Seminum aniſi
Apij

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Amygdalarum amararum excorticatarum añ. ʒ.ß.
Melle deſpumato excipitur.

Hoc electarium obſtructiones potēter aperit, & inde natos affectus, icterum, febres putridas etiam inueteratas, formæ corruptionem ſanat.

## Electarium alkanzi

D. M.

℞. Roſarum
Coſti
Spicæ añ. ℥.ß.
Balauſtiorum ℥.i.
Nucis moſchatæ
Calami Aromatici
Caryophyllorum
Macis
Cardamomi añ. ʒ.iij.ß.
Zingiberis ʒ.ij.
Myrobalanorum Indarum, emblicarum, bellericarum añ. ʒ.vj.
Granorum myrti ℔.j.

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Citini
Thuris
Corticum citri
Fructus tamaricis añ. ℥.ß.
Vini generoſi, quantum ſufficit.
Succi cydoniorum, quantum ſufficit.
Miuæ quantum ſufficit.

Feruefiant ſemel omnia in vino generoſo antiquo, pòſt ſiccentur: Ferueſiant deinde ſemel in ſucco cydoniorum, exiccenturq́ in vaſe terreo vitrato: terantur tenuiſsime, miua excipiantur.

Electarium alkanzi ventriculum & hepar calfacit & roborat: ob id appetentiam excitat, coctionem iuuat, flatus diſsipat, vomitum pituitoſum, & ab eo virium diſſolutionem emendat. Dantur ʒ.iij. cũ ſyrupo cydoniorum.

*Electarium ex laſere*

D. M.

℞. Liquoris Cyrenaici

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa
9700310341

Piperis
Myrrhæ
Foliorum rutæ ſiccorum an̄. ℥.ß.
Melle deſpumato excipitur.

Electarium ex laſere ad febres antiquas, & circuitu repetentes: vt quartanas, quotidianas, ſomnum grauem, tremorem, venenoſos morſus. Datur à ʒ. j. ad aureum vnum in febre cum oxymelite per horam ante acceſsionē: contra venenum, cum vino calido.

## Electarium anacardinum

D. M.

℞. Piperis nigri & longi
Myrobalanorum cepularum, emblicarum, bellericarum, Indarum
Caſtorij an̄. ʒ.ij.
Coſti
Anacardi
Melanthij
Sacchari boni an̄. ʒ.vj.
Cyperi ʒ.iiij.

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Butyri

Butyri vaccini, quantum ſufficit.
Mellis quantum ſufficit.

Tere anacardos per ſe: deinde alia excipe butyro & melle ſimul coctis portione æquali. Datur poſt ſex menſes ad ʒ.ij. cum aqua fœniculi & apij: quo ſumpto, vitatur labor, ira, coitus, ebrietas.

Confectio anacardina ad ventris totius inferioris & cerebri affectus frigidos: ſanguinem reddit puriorem, & inde ſpiritu animali reddito purgatiore & tenuiore, ſenſus omnes, apprehenſionem, intellectum & memoriam iuuat, coloremq́ue viuidũ corpori tribuit.

## *Electarium* διὰ βρυωνίας *Democriti ſecundum* M.

℞. Radicis bryoniæ purgatæ & tritæ ℔.ß.
Sapæ
Vuarum paſſarum ℔.iiij.
Scillæ aſſatæ



upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Strobylorum depellatorum añ. ℥.j.ß.
Nucis moſchatæ
Cardamomi
Macis
Zingiberis añ. ʒ.ij.
Caryophyllorum
Piperis longi
Stœchados añ. ʒ.j.ß.
Seſeleos
Salis gemmæ
Galliæ añ. ʒ.j.
Spicæ ʒ.ß.
Agarici ʒ.iij.

Alpheſera Democriti cerebrum & neruos purgat excrementis: ob id epilepſiæ, paralyſi, vertigini, & alijs cerebri & neruorũ frigidis affectibus medetur. Datur poſt ſex menſes à ʒ.ij. ad ʒ.iiij.

## Electarium διὰ κόκκω κνιδίω

D. M.

℞. Foliorum thymelææ præparato-

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

rum partes x.
Carnis cydoniorũ in aceto coctorum
Saccari ana partes lxxx.
Mannæ partes xl.
Olei ex cocco gnidio partes xij.
Seri lactis in quo agaricus ſit infuſus partes xxx.

Confice ſic: Saccharum & manna diſſoluantur in ſero lactis, caro cydo. admiſceatur, & coquãtur igne lento ad mellis craſsitiem: demũ thymelęæ puluis cum prædicto oleo miſtus addatur.

Almezereon hydragogum in hydrope efficaciſsimum: datur ad ʒ.iiij.

## *Electarium de eupatorio*

D. M.

℞. Succi eupatorij
Rhabarbari añ. ʒ.iiij.
Croci ʒ.ij.
Laccæ
Seminis caſſuthæ
Cacuminum Schænu anthus



upna Universidad Pública de Navarra
9700310341 Nafarroako Unibertsitate Publikoa

Seminum citreoli
Cucumeris
Portulacæ
Succi abſinthij an̄. ʒ.iij.
Scammonij in cydonio cocti ʒ.ij.ß.

Electarium de eupatorio ad icterum & hydropen incipientem datur aureo vno cum aqua caſei alcherigi. Quod ſi calor adeſt, ſucco ſolani, aut intybi, aut volubilis reprime.

## *Electarium Indum minus*

D. M.

℞. Turbith
Sacchari an̄. ʒ.C.
Macis
Piperis
Zingiberis
Caryophyllorum
Cinnamomi
Cardamomi
Nucis moſchatæ an̄. ʒ.vij.
Scammonij ʒ.xij.

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Mellis deſpumati quantum ſufficit.
Miſce, da ad aur. iij. Nam eadem quæ maius pollicetur.

## *Electarium Epiſcopi ſecundum M.*

℞. Scammonij Antiocheni
Turbith albi añ. ℥. vj.
Caryophyllorum
Cinnamomi
Zingiberis
Nucis moſchatæ
Emblicarum
Polypodij añ. ℥. ij. ß.
Sacchari ℔. vj.
Melle deſpumato excipitur.

Hoc Electarium excremēta flatusq́ corpore toto educit, ob id dolorem colicum, hypochōdriorum, iuncturarum leuat, renes & veſicam purgat, venerem excitat.

## *Electarium Hamech alterum*

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

*ſecundum* M.

℞. Myrobalanorum nigrarum, cepu-
larum
Epithymi añ. ℥.l.
Thymi
Calaminthes
Polypodij
Agarici
Glycyrrhizæ
Bugloſsi añ. ℥.x.
Stœchados
Chamædryos
Chamæpityos
Spinæ albæ
Aniſi añ. ℥.v.
Pruna
Zizypha
Myxa ana num̄.lxx.
Vuarum paſſarum mundatarum ℔.j.
Aquæ quantum ſufficit.
Sapæ ℔.ij.
Mellis ℔.j.
Scammonij ℥.ij.

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa
9700310341

In aqua omnia coque ad partē tertiā in qua ad mellis craſsitiem igne lento percoque ſapam, mel & ſcāmonium.

Hamech alterum purgat melancholiam & vſtos humores alios: ob id vertigini, maniæ, melancholiæ confert, & obliuioni, & vitijs cutis qualia ſunt pſora, lepra, alphi, cancer, elephantia, impetigo.

## *Electarium roſatum cholagogū*

D. M.

℞. Succi roſarum rubrarum perfectarum ℔.iiij.

Sacchari ℔.i.ß.

Mannæ puræ & recentis ℥.vi.

Scammonij Antiocheni ℥.i.ß.

Trochiſcorum ſpodij ℥.i.

Galliæ

Croci an̄. ʒ.ij.

Trochiſcorum oxyacanthæ ʒ.iiij.

Repone vitreo vaſe.

Electuarium roſatum cholagogum



upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

clemens, ob id ſalubre bilioſis affecti-bus, arthritidi calidæ, cephalalgiæ calidæ, vertigini, oculorum dolori, ictero: datur ad ʒ.v.

## Electarium roſatum minus D. M.

℞. Roſarum rubrarum ʒ.x.
Ligni aloës
Santalorum citreorum añ. ʒ.ij.
Cinnamomi ℥.ß.
Maſtiches ℈.iiij.
Ambræ ℈.ij.
Moſchi ℈.j.
Syrupi roſati quantum ſufficit.

Electarium roſatum minus cor, ventriculum roborat, & eorum flatus, & ab his inflationes diſsipat.

## Electarium Indi maioris.

℞. Cinnamomi
Caryophyllorum
Spicæ

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Roſarum
Caſsiæ, ſiue caſsiæ ligneæ
Maceros
Cyperi añ. ℥. iiij.
Santalorum citri. ℥. ij. ß.
Ligni aloës
Nucis moſchatæ añ. ℥. ij.
Turbith ℥. l.
Zucchari
Penidiorum añ. ℥. xx.
Galangæ
Heil, id eſt Cardamomi
Aſari
Maſtiches añ. ℥. i. ß.
Scammonij boni & in malo cidonio decocti ℥. xij.
Omnia cum oleo amygdalino fricentur. deinde
Succi cotoneorum, &
Granatorum
Succi apij, &
Fœniculi añ. ℔. ß.
Deinde pone ſuccos cum melle de-



upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

ſpumato ad ſpiſsitudinem conuenientem, & confice cum ſpeciebus, & fiat.

Iſtud electuarium ſecundum communem hactenus obſeruatū vſum diſpenſari ſolet, quicquid dicant alij.

Electuarium Indum dicitur, ad differentiam alterius.

Electuarium Indum Meſue maius, educens ſolutionem, ſuperfluitates humorum, & propriè phlegmaticorum & putridorū ab ſtomacho, & ab alijs membris nutritionis, ventoſitatem in eis groſſam reſoluit, & morbos factos ab eorum exuberantia curat, ſicut eſt dolor ſtomachi & viſcerum: colicam & dolores renū, & materias quæ ſunt in iuncturis educit.

## *Electarium confortatiuum ſtomachi.*

℞. Granorum myrti tritorum, ſicut alchool, id eſt, ſubtiliſsimè ʒ. xij.

Roſarum

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Spodij
Sumach
Trium piperum, ſcilicet longi, albi, & nigri
Santali albi, lutei, rubri
Balauſtij
Gummi aſsi añ. ʒ.i.ß.
Quando ſimpliciter ponitur gummi, de Arabico intelligitur.
Granorum granatorum acidorum aſſatorum ʒ.vij.
Coriãdri infuſi in aceto & aſſati ʒ.iiij.
Seminis Acetoſæ
Plantaginis
Seminis roſarum añ. ʒ.ij.

Fiat omnium trituratio bona, & fricentur, deinde inuolue in aqua acetoſa.

Electarium dicitur, quaſi electum ex varijs rebus.

Electarium hoc ſi bene paretur, confortat ſtomachum & viſcera, & abſcindit fluxum vẽtris de ſignificationibus caliditatis, & confert ei cuius venter

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

ſoluitur ſuperfluè ab operatione cathar
tici, augetq́ appetitum ſibi.

## *Electarium de gemmis.*

℞. Albarum margaritarum ℨ.ij.
Fragmentorum ſapphiri
Hyacinthi
Sardinis
Granatorum
Feruzegi, id eſt, Smaragdi añ. ℨ.i.ß.
Zedoariæ
Doronici
Corticum Citri
Maceros
Seminis alfelengemiſch, id eſt, Ocy-
mi añ. ℨ.ij.
Coralliorum rubeorum
Charabe
Limaturæ eboris añ. ℨ.i.℈.ij.
Behen alb. & rub.
Caryophyllorum
Zingiberis
Piperis longi

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Spicæ
Folij
Croci
Heil,id eſt,cardamomi añ.ʒ.j.
Trochiſci diarrhodon
Ligni aloës añ.ʒ.v.
Cinnamomi
Galangæ
Zurumbet añ.ʒ.j.ß.

Autor Pandectarum facit ſpeciem zedoariæ. Rei veritas hoc manifeſtò reprehendit, propterea quòd vtrunque ab autoribus in receptis ſcribi ſolet. vnde liquet rem nõ eſſe eandem. zedoariæ radices ſunt nobis notæ: zurumbet radices ſunt incognitæ nobis.

Foliorum auri & argenti añ.aur.ß.
Moſchi boni ʒ.ß.
Ambræ ʒ.ij.

Confice cum melle ęmblicorum, & colatura è geleniabin, id eſt, de roſis, partibus æqualibus quantum ſufficit.

Electarium de gemmis cuius iuua-

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

mentum eſt magnum ad ægritudines cerebri, cordis, & ſtomachi, hepatis & matricis frigidas: & nos ſumus experti bonitatem eius ad tremorem cordis, ſyncopem, & debilitatem ſtomachi. Et quando aliquis triſtatur, & neſcit radicem: & ei qui diligit ſolitudinem. Et ſunt eo vſi reges & magnates. Trahit enim eos in conſequentiam bonorum morũ, nobilium dilatat animam, & facit corporis odorem, & colorem bonum.

## *Eclegma ex pulmone uulpis* D. M.

℞. Pulmonis vulpis ſiccati
Succi liquiritiæ
Adianthi albi
Seminis fœniculi añ. ℥. iij.
Sacchari in aqua bimpinellę ſoluti, & aquæ quantũ ſufficit ad cõficiendũ.
Succus myrtinus additus valentius roborat.

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Eclegma ex pulmone vulpis ad phthiſim valens eſt.

## *Eclegma de amygdalis*

D. M.

℞. Amygdalarũ dulciũ & amararum
Seminis lini torrefacti
Nucleorum pineorum
Aniſi
Tragacanthi
Gummi Arabici ſicci
Liquiritiæ añ. ℥. i. ß.
Sacchari
Penidiorum añ. ℥. iij.
Mellis quantum ſufficit.
Succi fœniculi quantum ſufficit.

Eclegma de amygdalis ad intemperiem multum ſiccam pulmonis & thoracis, & tuſsim inde ſiccam.

## *Eclegma ex pineis nucleis*

D. M.

℞. Nucleorum pineorum ℥. xxx.

upna Universidad Pública de Navarra
9700310341 Nafarroako Unibertsitate Publikoa

Amygdalarum dulcium
Auellanarum aſſatarum
Tragacanthi
Gummi Arabici
Glycyrrhizæ
Succi amyli
Adianthi albi
Ireos an̄.ʒ.iiij.
Carnis dactylorū fuluorum ʒ. xxxv.
Amygdalarum amararum ʒ.iij.
Sapæ
Vuarum paſſarum
Sacchari albi
Butyri recentis an̄.ʒ.iiij.
Mellis quantum ſufficit.

Eclegma ex pineis nucleis tuſsim antiquam, ſputū glutinoſum, aſthma, & ſpirandi ex partium ſpiritalium an- guſtia difficultatē iuuat lambendo ℥.i.

## *Eclegma papauerinum*

D. M.

℞. Papaueris albi ʒ.xxv.

Amyg

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Amygdalarum dulciū depellatarum
Nucleorum pineorum
Gummi Arabici
Tragacanthi
Succi glycyrrhizæ an̄. ʒ.x.
Amyli
Seminum portulacæ
Lactucæ
Cydoniorum an̄. ʒ.iiij.
Croci ʒ.i.
Penidiorum alborum ℥.iiij.

Syrupi papaueris præſertim albi & nigri cum ſemine lactucæ & violis facti quantum ſufficit.

Eclegma papauerinum iuuat tuſsim & gutturis aſperitatem à catarrho calido, tenui: eū enim coquit & craſſat.

## *Eclegma de Scilla*

D. M.

℞. Succi ſcillæ
Mellis deſpumati partes conuenientes coquēdas ad eclegmatis cōſiſtentiā.



upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Eclegma de ſcilla materiã craſſam, lentam, coctu difficilem in partibus reſpiratorijs expelli facilem ſtrenuè reddit, & natam inde ſpirandi difficultatem & thoracis dolorem leuat.

## *Eclegma de ſcilla aliud*

D. M.

℞. Scillæ aſſatæ ℥.iiij.
Radicis ireos ℥.ij.
Hyſſopi
Praſsij añ. ℥.
Myrrhæ
Croci añ. ℥.ß.
Mellis quantũ ſufficit ad excipiendũ.

Hoc eclegma valens eſt ad aſthma & tuſsim antiquam, humorem enim craſſum tenuat.

## *Eclegma ſanum*

D. M.

℞. Cinnamomi
Hyſſopi ſiccæ

upna
9700310341 Universidad Pública de Navarra
Nafarroako Unibertsitate Publikoa

Glycyrrhizæ añ. ʒ.ß.
Zizipha
Myxa añ.num.xxx.
Vuarũ paſſarum à ſemine purgatarum
Ficuum paſſarum ſiccarum
Dactylorum pinguium añ.℥.ij.
Fœnigræci ʒ.v.
Adianthi albi M.j.
Seminum aniſi
Fœniculi
Lini
Ireos
Calaminthes añ. ʒ.iiij.
Penidiorum ℔.ij.
Nucleorum pineorũ depellatorũ ʒ.v.
Amygdalarum mundatarum
Glycyrrhizæ
Tragacanthi
Gummi Arabici
Amyli añ. ʒ.iij.
Ireos ʒ.ij.

Conficeſic: Coque omnia in ℔.iiij. aquæ ad librarũ duarũ conſumptionẽ,



upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

colatum coque cum penidijs ad mellis craſsitudinem, tunc adde nucleos pineos, amygdalas, glycyrrhizam, tragacanthum, gummi Arabicum, amylum, irin & miſce omnia probè, donec album fiat medicamentum.

Eclegma ſanum ad tuſsim, raucedinem à frigore, vel pituita craſſa, thorace aut pulmone comprehenſa, datur à drachmis quinque ad ʒ.x. & lambẽdo ſumitur.

## *Emplaſtrum diachylon commune, ſiue diachylon album.*

℞. Fœnigræci
Seminis lini
Radicis althææ
A quibus omnibus extrahantur mucilagines, & accipe ex ipſis mucilaginibus añ. vnam ℔.
Lithargyrij contriti contritione vltima & mundati à plumbo & ſcoria, ℔.i.ß.

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Olei antiqui clari ℔.iij.

Lithargyrium & oleum diu in mortario lapideo cum piſtello ferreo conquaſſentur, & elaboretur in eorum conquaſſatione multum: deinde bulliant ſuper ignem cum facilitatę, ſemper & inceſſanter agitãdo cum ſpatula vſque dum coaguletur lithargyrium. Tunc deponatur ab igne, & dimittatur infrigidari paulatim: poſtea ℞. mucilagines, & bulliant bullitione aliqua. Deinde paulatim proijce mucilagines ſuper lithargyrium & oleum, ſemper cum piſtello conquaſſando, donec fiat eorum conueniens permixtio. Tunc vero coquatur ſuper ignem vſquequo inſpiſſetur. Et ſi vis ipſum facere Ireatum, tunc de intentione filij Hamech, permiſce puluerem Ireos ſubtiliſſimum. & ſunt alij qui pro communi oleo ponunt oleum Irinum: & ſi addas mucilaginem ſeminis Meliloti, erit ſedatio eius fortior.



upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Emplaſtrum diachylon, cuius iuua mentum notum eſt ad apoſtemata dura, & ad duritiem hepatis, ſplenis, & ſtomachi, & ad ſcrophulas, omnemq́ duritiem.

## *Emplaſtrum diachylon paruum.*

℞. Lithargyrÿ ℥.vi.
Olei veteris clari ℔.i.
Mucilaginis pſyllÿ ℥.iiÿ.
Mucilaginis hyoſcyami ℥.i.ß.
Mucilaginis ſeminis lini
Mucilaginis radicis Maluæ añ. ℥.ÿ.
Fiat emplaſtrum ſecundum artem.

Diachylon paruum reſolues & maturans tumores à caliditate factos, & apoſtemata.

## *Emplaſtrum diachylon magnum.*

℞. Lithagyrÿ mundi triti & cribellati ℥.xÿ.

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Olei irini, id eſt, ireos
Olei chamæmelini
Olei anethini añ. ℥.viij.
Mucilaginis ſeminis lini
Mucilaginis fœnigræci, & Radicum althææ
Mucilaginis ficuum pinguium
Mucilaginis paſſularum
Succi Iridis
Succi ſcyllæ
*Hyſſopi humidæ *Meſ. œſypi.
Glutinis alkanach, id eſt, glutinis piſcium añ. ʒ.xij.ß.
Terebinthinæ ℥.iij.
Reſinæ pini
Ceræ citrinæ añ. ℥.ij.

Conficiantur hoc modo: Lithargyriū & ſupraſcripta olea diu in mortario lapideo cum piſtello ferreo conquaſſentur per ſpatiū mediæ horæ, deinde bulliant ſuper ignem leuem cum facilitate ſemper agitando cum ſpatula donec coagulentur: tunc deponantur ab igne,



upna Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

& dimittantur infrigidari, deinde ℞. mucilagines ac alia & ſimul iterum bulliant, donec efficiatur eius forma dura: deinde ab igne deponantur ſuper marmor, & fiant magdaleones.

Emplaſtrum diachylon magnum, operoſius eſt quàm præcedens: & ideo ad reſoluendum, & ad maturationem omnis duritiei, & inflammationis expertum.

## *Emplaſtrum de Mucilaginibus.*

℞. Mucilaginis ſeminis althææ
Seminis lini
Mediani corticis vlmi
Fœnigræci añ. ℥.iiij.ß.
Oleorum chamæmeli
De lilio
Anethi añ. ℥.j.ß.
Ammoniaci
Galbani
Opopanacis

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Serapini añ. ℥.ß.
Ceræ nouæ ℥.xx.
Croci ʒ.ij.
Terebinthinæ ℥.ij.
Fiat emplaſtrum vt decet.

Emplaſtrum de Mucilaginibus eſt lenitiuum & mollificatiuum omnis duritiei.

## *Emplaſtrum ad Stomachum & Hepar.*

℞. Ligni Aloës
Abſinthij
Gummi arabici
Maſtiches
Cyperi
*Coſti
Zingiberis añ. ℥.ß.
Calami aromatici
Olibani
Aloës añ. ʒ.iij.
Caryophylli
Maceros

**Coſti uera radice caremus.*

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Cinnamomi
Spicæ
Nucis moſchatæ
Galliæ moſchatæ
Spicæ nardi
Schænoanthos añ. ʒ.i.ß.

Aggregentur omnia cum miua aromatica, id eſt, miua cum ſpeciebus: & extende ſuper pannum, & ſuffumigetur ſuper ligno aloës, & ſuperponatur.

Emplaſtrum ſtomachum & hepar confortans, & calefaciens ea.

## *Emplaſtrum de granis lauri.*

℞. Olibani
Maſtiches
Myrrhæ añ. ℥.i.
Granorum lauri ℥.ij.
Cyperi
Coſti añ. ℥.ß.

Mellis colati quãtum ſufficit ad aggregandum: & extendatur in panno, & calidum ſuperponatur vbi oportet.

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Si autem triplicetur cyperus, & ponatur de ſtercore vaccarum aut caprarum ſicco, inuenitur mirabile ad hydropiſim, & inflationes diſcutiendas.

Emplaſtrum de granis lauri Meſue, conferens ad dolores ex frigiditate factos, & ventoſitate, & propriè ad dolorem ventris & ſtomachi, renum & matricum, veſicæ, & aliorum viſcerum præſidio eſt.

## *Emplaſtrum de meliloto.*

℞. Meliloti ℥.vi.
Florum chamæmeli
Fœnigræci
Granorum lauri
Radicis althææ
Abſinthij an. ʒ.iij.
Seminis apij
Cordumeni, id eſt, carui agreſtis
Iridis
Cyperi
Spicæ nardi

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Caſsiæ ligneæ
Ammis
Aniſi añ. ʒ.ij.ß.
Sampſuchi ʒ.iij.
Hammoniaci ʒ.x.
Styracis calamitæ
Bdellij añ. ʒ.x.
Terebinthinæ ℥.i.ß.
Ficuum pinguium num̄.xij.
Sepi hircini
Reſinæ añ. ℥.ij.ß.
Ceræ ℥.vj.
Olei ſampſuchini
Olei de ſpica añ. quod ſufficit, ad infundendum & contundendum.

Emplaſtrum de Meliloto mollificans omnem duritiem quæ eſt in ſtomacho, hepate & ſplene, & omnia viſcera mollificat.

## *Emplaſtrum de gallia*

D. M.

℞. Galliæ moſchatæ

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Schœnu anthus an̄. ℥.i.ß.
Ramich
Rhois
Acaciæ
Hypociſtidos
Ladani
Gallarum non perforatarum
Calami aromatici
Roſarum.
Seminis roſarum
Santalorum alborum
Santalorum rubrorum
Maſtiches
Xylaloës
Cariophyllorum
Spicæ nardi
Thuris
Coſti
Myrrhæ
Cyperi
Abſinthij an̄. ℥.ij.
Panis biſcocti ℥.iij.
Dactyli ſicci num, xij.

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa
9700310341

Succi myrti
Succi lauri
Aquæ roſarum
Vini auſteri añ. ℥.i.ß.
Miuæ aromaticæ ʒ.iiј.vel iiiј.
Gummi Arabici aſſati ʒ.vіј.

Terantur accuratè omnia, deinde panis & dactyl. xiiiј. horis macerentur in ſuccis. Hæc læuiga & miua excipe, gummis additis coquantur igne lento ad mellis craſsitudinem: quibus in mortario diu permiſce puluerem prædictum donec totũ fiat viſcoſum: tempore vtendi ſuffitur ligno aloes panno illitum.

Emplaſtrum de gallia ventrem totum inferiorem roborat adſtringendo & calefaciendo: quare lienterias, diarrhoeas, dyſenterias iuuat à cauſa frigida productas.

## *Emplaſtrum alterum de gallia*

D. M.

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

℞. Galliæ
Rhamich
Foliorum & ſeminis roſarum
Rhois
Santali albi & rubri
Spodij
Sanguinis draconis
Electri
Balauſtij
Capitum granatorum
Hypocyſtidos
Acaciæ
Corticum mandragoræ añ. ʒ.ij.
Caphuræ ʒ.ß.
Polentæ
Baccarum myrti
Gummi Arabici
Aſari tenuiſsimè tritorum añ. ℥.ß.
Succi vuarum agreſtium ℥.i.
Succi capreolorum vitis agreſtis ℥.ij.
Succi extremitatum myrti
*Aceti añ.℥.iiij. *alij.i.
Miuæ acidæ ℥.ij.vel iij.

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Tere omnia tenuiter, polentã, baccas myrti, gummi, aſarum tenuiſsime trita ſuccis vuarũ, capreolorum, myrti & aceto macera: quibus adde miuam & coque igne lento ad glutinoſam craſsitiem: tunc pulueres his diligenter miſce. Ex hoc portio dilutæ illita tempore v[illegible] ſuffiatur xylaloe.

Emplaſtrum hoc de gallia ad affectus eoſdem, ſed à cauſa calida profectos valet.

## *Emplaſtrum Andromachi ſecundum* M.

℞. Sepi arietum
Picis añ. ℥. xviij.
Gummi pini ℨ. viij.
Sandarachæ
Auripigmenti
Aluminis ſciſsilis
Calcis viuæ añ. ℥. iij.
Hammoniaci ℨ. ij.
Hammoniacum ſuper ignem diſſol
uatur

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

uatur vino rubro, eiq́ adde olei ℔.ij. & reliqua probè puluerata.

Emplaſt. Andromachi podagram, gonagram, iſchiadem & reliquos articulorum dolores antiquos, ac eorum tumores & laterum, ſcirrhumq́ ſplenis & hydropem iuuat.

## *Emplaſtrum Andromachi cauſticum ſec.* M.

℞. Aquæ ardentis ℔.iiij.
Seminis orizæ
Frumenti excorticati an̄. ℥.vij.

Macera in vaſe vitreo bene obſtructo, donec granis diſſolutis totum fiat muccoſum: ſerua, ſed diebus ſingulis ligneo baculo moue, & obtura: exceptum cortice auellanæ vel arundinis, vel cera pertuſa, & parti admotum, tribus horis aut eo plus cauterij vice vlcerat & vrit.

## *Emplaſtrum filij Zachariæ*

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

*ſecundum* M.

℞. Ceræ flauæ
Medullæ cruris vaccæ
Adipis anatis
Adipis gallinæ
Muccaginis ſeminis lini pares portiones.
Olei lini quantum ſufficit.
Muccaginis althææ
Muccaginis fœnigræci portiões pares.
Olei leucoiĳ pro oleo lini vel cum eo.
Muccaginis œſypi
Muccaginis ichthyocollæ quan. ſuff.

Emplaſtrum hoc iuncturarũ tophos ac nodos duros mollit, diſſoluit, & craſſa lenta'que pulmonis & thoracis excrementa expectorare magis habilia reddit.

## *Emplaſtrum Ceroneum*

D. N.

℞. Picis naualis bene colatæ
Ceræ an. ℥. iĳ. & ℥. iiĳ.

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Serapini ℥.ij.
Hammoniaci
Terebinthinæ
Colophoniæ
Croci an̄.℥.i.& ʒ.iij.
Aloës
Thuris
Myrrhæ an̄.℥.j.
Opopanacis
Styracis calamithæ
Galbani
Maſtiches
Aluminis
Fœnigræci an̄. ʒ.iij.
Confitæ,id eſt,fecis Styracis liquidæ.
Bdellij an̄. ʒ.iij.
Lithargyrij ʒ.i.ß.

Confice ſic: Serapinum, Galbanum, Opopanacum, Hammoniacū gummi, aliquantulum tuſa cum vino temperentur: deinde ad mediæ partis vini conſumptionem bulliant: & vaſe ſtanneo poſito ſuper ignem, cum incœperit bul



upna Universidad Pública de Navarra 9700310341 Nafarroako Unibertsitate Publikoa

lire, pix naualis bene colata addatur, & cum ſpatula bene agitetur, donec liquefiat: liquefacta pice, addatur cera, & ea liquefacta ponatur colophonia: tum ſtyrax cum piſtello calido trita fruſtatim imponatur: poſtea maſtiche & olibanum, deinde myrrha cum bdellio: & interuallo facto ponatur terebinthina, & conſequenter alumen & lithargyrium: ad vltimum, fœnumgræcum. Et cum decoctum fuerit, fundatur ſupra aquam tepidam, & ab aqua extracto, manibus exprimatur, donec tota aqua inde exeat: deinde puluis aloës ſuper marmor inunctum cum oleo laurino malaxetur: poſtremum croco puluerato, & inunctis manibus cum eodem oleo laurino magdaleones informentur.

Emplaſtrum Ceroneum, à cera dictum, præcipuè valet ad omnem dolorem ſpatularum & pectoris ex frigiditate: & ſi humor frigidus illuc fecerit

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa
9700310341

diſcurſum, mirè ſoluit, & ſplenem remòllit: valet ad hydropiſim de frigida cauſa hepatis: de eadem cauſa matricis frigiditati ſuperpoſitum multum reſiſtit.

## *Emplaſtrum Oxycroceum.*

D. N.

℞. Picis naualis
Croci
Colophoniæ
Ceræ an. ℥.iiij.
Terebinthinæ
Galbani
Ammoniaci
Myrrhæ
Olibani
Maſtiches an. ℥.j. & ʒ.iij.

Conficitur ſic: Galbanum & Ammoniacum aliquantulum contuſa ponantur in ſufficienti aceto per noctem, mane vero ponantur ſuper ignem vt eliquentur: & eliquata per caciam co-

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

lentur, & coquantur iterum donec pars aceti conſumatur, & tunc pix naualis bene colata addatur: & eliquata pice, pone ceram: cera liquefacta, pone colophoniam, deinde terebinthinam: & facto interuallo ponatur maſtix & olibanum, & myrrha, ſemper agitando cum ſpatula à principio ad vltimum. Quum autem coctum fuerit, in aqua frigida ponatur, & ab aqua extractum manibus exprimatur vt tota aqua exeat, & ſuper marmor inunctum oleo, lauetur, & puluere croci ſuperpoſito malaxentur, & fiant magdaleones.

Emplaſtrum oxycroceum Nicolai in magno antidotario, ex aceto & croco nomen habet.

Emplaſtrum oxycroceum valet præcipuè ad fracturas oſsium, & ad membra quæ dolore aliquo affliguntur, & apoſtemata dura in quacunque parte corporis fuerint, remollit & diſſoluit.

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

## *Emplaſtrum de Ianua*

D. M.

℞. Succi bethonicæ
Succi plantaginis
Succi apij an̄. ℔.j.
Ceræ
Picis, reſinæ
Terebinthinæ an̄. ℔.ß.
Fiat emplaſtrum.

## *Emplaſtrum gratia Dei*

D. N.

℞. Terebinthinæ ℔.ß.
Reſinæ ℔.j.
Ceræ albæ ℥.iiij.
Maſtiches ℥.j.
Verbenæ
Bethonicæ
Bipinnellæ an̄. M.j.

Herbæ piſtentur, & in vino albo forti bulliant vſque ad conſumptionem tertiæ partis, colentur, & inde ſubſtan-



upna Universidad Pública de Navarra
9700310341 Nafarroako Unibertsitate Publikoa

tia herbarum abijciatur, & cera, reſina, & maſtix cum colatura ponantur, & bulliant, agitando donec optimè incorporentur, & tunc deponantur ab igne, & addatur terebinthina, & totum agitetur cum ſpatula, & fiat emplaſtrum.

## *Emplaſtrum contra rupturam.*

℞. Picis naualis
Aloës añ. ℥. iij.
Lithargyrij
Ceræ rubeæ
Colophoniæ
Galbani
Ammoniaci añ. ℥. ij.
Viſci quercini ℥. vj.
Gypſi
Vtriuſque ariſtolochiæ
Myrrhæ
Thuris añ, ℥. vj.
Terebinthinæ ℥. ij.
Iſculi, id eſt, vermis terræ ℥. iiij.
Gallarum ℥. iiij.

upna
Universidad Pública de Navarra
Nafarroako Unibertsitate Publikoa
9700310341

Vtriuſque conſolidæ.
Boli armenici an̄. ℥.iiij.
Sanguinis humani ℔.i.

Confice ſic: Primo ponatur viſcus quercinus, & dimittatur diu bullire in aqua decoctionis pellis arietinæ, ſic vt remouetur ab ariete, quæ debet decoqui per diem & noctem. Poſtea deponatur ab igne, & ponantur terebinthina, lithagyriū, & colophonia: poſtea maſtix, thuris iſculi, myrrha & galbanum & ammoniacum: paulopoſt conſolida maior & minor, gypſus, & bolus armenus. Poſtea ſuper ignem ponatur, & ponatur ſanguis humanus: conſequenter ariſtolochia longa & rotunda, & ad vltimum aloë, & ſemper agitari debet ſine intermiſsione fortiter cum ſpatula. Signum decoctionis eſt, quando digitis non adhęret. Poſtea ponantur ſuper marmor vnctum oleo violato, & manibus malaxentur. Poſtea teratur iterum in mortario aſsiduè

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

per duos ventres dies. Deinde vſui reſeruā.

## Emplaſtrum diuinum

D. N.

℞. Galbani ℥.i.ʒ.ij.
Hammoniaci ℥.iij.ʒ.iij.
Opopanacis ℥.i.
Lithargyrij ℔.i.ß.
Ceræ nouæ ℥.viij.
Olei oliuarum ℔.i.ß.
Olibani ℥.i.ʒ.i.
Myrrhæ ℥.i.ʒ.ij.
Viridis æris ℥.i.
Bdellij ℥.ij.
Ariſtolochiæ ℥.i.
Maſtiches ℥.i.
Aymentis ℥.iiij.

Miſce omnia ſicut decet, & fiat emplaſtrum.

## Emplaſtrum pro matrice.

℞. Radicis biſtortæ ℔.i. [illegible]

upna
Universidad Pública de Navarra
Nafarroako Unibertsitate Publikoa
9700310341

Ligni aloës
Santali muſcatelini, id eſt, citrini
Nucis moſchatæ
Berberis
Antheræ añ. ℥.j.
Cinnamomi
Caryophyllorum
Schœnoanthos
Florum chamæmeli añ. ℥.ß.
Thuris
*Maſtiches
Aliptæ moſchatæ
Galliæ moſchatæ
Styracis calamithæ
Styracis rub. añ. ʒ.iij.
Moſchi fini ʒ.ß.
Ceræ ℔.i.ß.
Terebinthinæ ℔.ß.
Ladani ℔.iiij.
Picis naualis ℔.iij.
Fiat emplaſtrum ſecundum artem.

** Maſtiche laudatiſſima Chia, candida.*

## *Emplaſtrum de minio, cu-*

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

*ius deſcriptionem ponit de Vigo.*

℞. Olei roſacei odoriferi ℔.i.ß.
Olei myrtei
Vnguenti populeonis an.℥.iij.
Pinguedinis gallinæ ℥.ij.
Sepi caſtrati & vaccini an.℔.ß.
Pinguedinis porcinæ ℥.vij.
Lithargyrij auri & argenti an.℥.iij.ß.
Ceruſſæ ℥.iiij.
Minij ℥.iij.
Terebinthinæ ℥.x.
Ceræ quantum ſufficit.
Et fiat emplaſtrum ſecundum artem tendens ad nigredinem.

Emplaſtrum de Minio valet ad vlcera mala & antiqua, quod probatum fuit & expertum à Ioanne de Vigo.

## *Emplaſtrum de Ceruſſa.*

℞. Olei roſati ℔.ij.
Ceruſſæ ℔.iiij.

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Ceræ albæ ʒ.vj.

Fiat emplaſtrum ſecundum artem.

Emplaſtrum de Ceruſſa conueniens quibuſcunque malis complexionibus calidis factis caliditate ſolis, vel quomodolibet, & fricationi ſeu excoriationi cum calefactione mala.

## *Emplaſtrum Palmeum* D. M.

℞. Lithargyrij auri ℔.iij.

Olei oliuarum

Pinguedinis porci recentis añ.℔.j.ß.

Vitreoli viridis ℥.iiij.

Extremitatum tenerrimarum palmæ, ad libitum, & ſemper agitando cum ſpatula palmæ.

Et loco extremitatum palmæ tu potes ponere radices cannæ.

Emplaſtrum palmeum valens ad vulnera vbi eſt ſanguis, & apoſtemata peſtilentialia & exituras, & aduſtionem et compreſsionẽ, & attractionem.

upna
Pública de Navarra
9700310341 Nafarroako Unibertsitate Publikoa

## *Emplaſtrum triphar-macum.*

℞. Olei ℔.iiij.
Lithargyrij auri ℔.ij.
Aceti ℔.ß.
Fiat emplaſtrum ſecundum artem.

Emplaſtrum tripharmacum faciens naſci carnem in vulneribus & conſolidans ea.

## *Emplaſtrum deſiccatiuum rubeum.*

℞. Lithargyrij auri ℥.iij.
Olei roſati
Olei violati an̄.℔.ß.
Ceræ ℥.xij.
Lapidis calaminaris
Terræ ſigillatæ
Minij an̄. ℥.iiij.
Camphoræ ʒ.i.

Fiat emplaſtrum in mortario ſecundum artem vt decet.

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa
9700310341

Emplaſtrum deſiccatiuum rubeum eſt in vſu apud Chirurgos ad deſiccandum vlcera mundificata.

# Formulæ auium Cypri.

℞. Benioin ℥.ß.
Styracis calamithæ ℥.ij.
Carbonis ſalicis ℥.iij.
Pulueris caryophyllorum ℥.ß.

Piſtentur omnia cum gummi tragacanthæ, cum aqua roſarum odorata, fiant formulæ, aues, ſorices, candelæ, tripedes.

# Hiera picra GALENI.

℞. Croci
Spicæ
Ligni balſami

upna
Pública de Navarra
9700310341 Nafarroako Unibertsitate Publikoa

Ligni caſsiæ
Cinnamomi
Maſtiches añ.ʒ.vj.
Aloæ ʒ.C.
Mellis quod ſufficit.

Terantur omnia, & in braſsicæ vel abſinthij ſucco vel vino, vt fermenteſcant, ſubigantur. Huic ſcammonium commiſcentes, vt in vnitatem coëant, bilem flauam aluo dejcimus. Si vero agaricum & medullam, pituitam ſubducimus: Non ſecus atque ſi addiderimus epithymum, atram bilem depurgamus. Sunt qui vt ſtomacho, medicamentum ex aloë reddant accommodatius, & minus aluum cieat, aloën dupla ad ſpecies omnium proportione conjciant: tritamq́ prius eluant, & in aquam mittētes, ſubſidere ſinant: dein emergentem ſummatim aquam cum ea quæ ſupernatat, ſpurcitia vel ſorde, quę exiſtit, humori, effundūt: hoc idem opus iterum atque iterum obeunt. vbi ſuffic

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

ſufficienter lauerint, confidunt ſtomacho pacatum iri medicamentum: nec interanea vellicare, inter eos conuenit: dein reliquas, quas diximus, admiſcet ſpecies: ſic vtile reddi imbecillis ſtomachi medicamen, author eſt Galenus.

HIERA PICRA *Galeni, quæ ex* aloe fieri conſueuit, contra ilioſos, putres, marcidosq́ humores, qui os ventriculi inſederunt, remedio eſt: item ijs quorum faciem pallor decolorauit: ijs quoque quorum oculis, obiectæ culicum aut pilorum imagines obuerſantur: alui recrementa mediocriter mouet, ad iecur vſque progrediens: lædit hos, quibus iecur calidius exhibet negotium, & ſtomachum iuuat.

## *Hiera Hermetis cum dracunculo ſec. M.*

℞. Aloes ℥.j.
Trochiſcorum Alandhal aureos viij.

upna Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Turbith
Agarici
Dracunculi vtriuſque ſicci
Iridis
Sagapeni
Myrobalanorum cepularum, citrearum, Indarum an̄. ℥.i.ß.
Zingiberis
Cinnamomi
Maſtiches
Bdellij
Ellebori nigri
Euphorbij
Aſari
Caſsiæ ligneæ
Salis Indi
Caſtorij
Croci
Apij
Liguſtici
Cocci gnidij
Stœchados an̄. ℥.ſ.
Scillæ aſſatæ ℥.ij.ß.

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa
9700310341

Scammonij ℥.ij.
Vini odoriferi, quantum ſufficit.
Succi cucumeris agreſtis quantū ſuff.
Mellis quantum ſufficit.
Olei quantum ſufficit.

Curioſe omnia terãtur, gūmi & ſucci vino odoro diſſoluãtur, pulueres ſucco cucumeris agreſtis comprehendantur. Siccẽtur iterū eodē ſucco & pauco melle, oleo excipiãtur, et ſiccent: poſtremo melle deſpumato omnia cōprehendantur. Datur poſt mẽſes ſex à ℥.i. ad ℥.ij.

Hiera Hermetis cū dracunculo maximarum & certiſsimarum eſt virium ad cephalalgiam, hemicraniam, vertiginem, paralyſin, epilepſiã, tremorem, ſpaſmum cynicum, dolorem colicum, nephriticum, vterinum, arthriticū. Vacuat enim humores tam tenues, quàm craſſos & lẽtos à capite, vẽtriculo, neruis, iuncturis, & reliquis partibus.

*Hiera Archigenis*

upna 9700310341 Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa

*ſecundum* M.

℞. Pulpæ colocynthidos ℥.ij.
Praſij
Stœchados
Ellebori nigri
Chamædryos
Scammonij
Leucopiperis
Macropiperis an̄.℥.ij.
Scyllæ aſſatæ
Euphorbij
Aloës
Croci
Gentianæ
Petroſelini
Hammoniaci
Opopanacis an̄.℥.i.
Polij
Cinnamomi
Sagapeni
Myrrhæ
Spicæ nardi
Schœnu anthus

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa
9700310341

Calaminthes montanæ

Ariſtolochiæ rotundæ an̄. ℥.ij.

Melle ſufficienti excipiantur omnia

Epithymi decocto, &

Vuarum paſſarum mundatarum.

Hiera Archigenis confert vertigini, epilepſiæ, ſpaſmo, hypochiſi incipienti, voci ob humiditatem raucæ, dolenti aſperæ arteriæ, difficultati ſpirandi, pſoræ, lepræ & cæteris tuberculis à craſſa materia naſcentibus, aut ſeroſo excremento, ventriculo, inteſtinis, meſaræo, vtero à flatu dolentibus aut prædictis humoribus, id eſt affectibus melancholicis & ex pituita craſſa natis confert. daturq; ad aur. iiij.

## *Hiera dia colocynthidos à Rufo inuenta, ſec.* M.

℞. Stœchados

Agarici

Chamædryos an̄. ℥.x.



upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Colocynthidos ℥.xx.
Sagapeni
Opopanacis añ.℥.viij.
Petroſelini
Ariſtolochiæ rotundæ
Piperis albi añ.℥.v.
Caſsiæ ℥.vij.
Cinnamomi
Croci
Spicæ nardi
Myrrhæ
Polij añ.℥.iiij.
Vini quantum ſufficit.
Mellis deſpumati, quantum ſufficit.

Myrrham vino infunde: cætera tere, & melle deſpumato excipe.

Hiera dia colocynthidos caput, ventriculum, & corpus reliquum purgat humore craſſo & lento, & atra bile: ob id maniæ, melancholiæ, epilepſiæ, paralyſi, ſpaſmo cynico, vertigini cōfert ac vlceribus malignis, fiſtuloſis, cancro, elephantiæ: flatus quoque diſcutit.

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

ventriculum roborat, coctionē firmat.

## *Hedychroon magma Andromachi, ſecundum Syl.*

℞. Mari
Amaraci ań. ℥. ij.
Aſari
Aſpalathi
Schœnu anthus
Calami aromatici
Phu Pontici
Xylobalſami
Opobalſami
Coſti
Cinnamomi ań. ℥. iij.
Myrrhæ
Folij malabathri
Caſsiæ
Nardi Indicæ ań. ℥. vj.
Amomi duplum.
Maſtiches Chiæ ℥. j.

Omnia vino Falerno ſparge, fac magma.



upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

## *Eiuſdem magmatis compoſitio alia.*

℞. Corticis radicis aſpalathi
Calami aromatici
Schœnu anthus
Phu
Coſti
Aſari
Xylobalſami
Caſsiæ
Maſtiches
Foliorum malabathri añ. ℥.vj.
Nardi Indicæ ℥.xvj.
Croci ℥.xix.
Amaraci ℥.xx.
Cinnamomi
Amomi
Myrrhæ añ. ℥.xxiiij.
Vino Falerno excipe & opobalſami contactu paſtillos confice, ſicca in vmbra.

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

# Iulep Roſatum

D. M.

℞. Aquæ roſarum ℔.iij.
Zucchari albi, clarificati & cocti, libras duas.

Et fiat Iulep lento igne, debito modo decoquendo & leuiter.

Iulep roſatum Meſues, conueniens ad extinguendum ſitim in febribus acutis, & ad remittendum exceſſum caliditatis in eis, & hepatis ſupercalefacti & cordis, & reſiſtens putredini.

Apothecarij his temporibus non faciunt hoc modo, ſed clarificato zucchＡro cum aqua communi, quum propinquum eſt coctioni, addunt pro omni libra zucchari, aquæ roſarum ℥.ij.

Iſte non eſt modus, & ideo non habetur vtilitas à Doctoribus malorum poſita. Et hoc propter auaritiam apothecariorum.



upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

# *Iulepum Roſatum*

D. M.

℞. Aquæ in qua roſæ ſunt maceratæ libras quinque.

Sacchari ℔.iiij.

Igni lento coque ad iuſtam craſsitiem. Vel, quo Rex frequenter vtitur:

℞. Aquæ roſarum ℔.iij.

Sacchari ℔.ij.

Iulepum roſatum febrium, thoracis, & ventriculi incendiũ caloremq́; flammeum extinguit, ſitim inexpletam ſedat, datum cum aqua frigida.

# *Iulepus Zizyphorum*

D. M.

℞. Iuiubarum num̃.centum

Aquæ ℔.iiij.

Sacchari ℔.j.

Coque ad dimidias aquæ, reliquũ cũ ſaccharo percoque in Iulepũ ſimplex.

Iulepum ex iuiubis aſperitatem gut-

upna Universidad Pública de Navarra
9700310341 Nafarroako Unibertsitate Publikoa

turis & tuſsim iuuat, ſputũ tenue, quia incraſſat, facilius expelli facit: ob id raucitati & pleuritidi confert.

## *Iulep Violatum.*

℞. Aquæ florum violarum ℔.iij.
Zucchari albi clari & cocti ℔.ij.

Miſce, & coquantur cum facilitate, & reſeruentur.

Iulep violatum conuenit acutè febrientibus, & habentibus hepar calefactum & cor: cõfert etiam aſperitati cannæ, gutturis, pleureſi, & tuſsi ſiccæ.

## *Infuſio Roſarum*
## D. M.

℞. Foliorum roſarum ℔.vj.
Aquæ calfactæ ℔.xv.

Macerentur horis octo in vaſe terreo vitrato, ſtricti oris operculato: poſtea colentur. Eidem aquæ iterum calfactæ roſarum recentium tantundem immittitur, tandiu maceratur, colatur. Id ſi

upna
Pública de Navarra
9700310341 Nafarroako Unibertsitate Publikoa

velis ſeruare, oleo affuſo, & vaſe eodem bene operculato dies quadraginta inſola.

## *Infuſum aquæ caſei*

D. M.

℞. Foliorum roſarum recentium completarum ℥.ij.

Rhabarbari boni aureum vnum & dimidium.

Spicæ ʒ.i.ß.

Seri caprini lactis, ſi haberi poteſt libras duas.

Rhabarbarum & roſæ parum terantur & macerentur in ſero lactis per noctem, mane cola & propina. & ſi roſæ recentes non habeantur, vtere ſiccis.

Infuſum aquæ caſei bilē flauam clementer educendo, ſanguinem purgat.

## *Infuſum ſucci herbarum*

D. M.

℞. Succorum intybi purgatorum

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Lupi
Buglosſi añ. ℥.viij.
Corticum myrobalani flauæ ℥.j.
Rhabarbari boni ʒ.iij.
Tamar Indorum ℥.j.ß.
Caſsiæ fiſtulæ ℥.iij.

In ſuccis macera corticem, rhabarbarum, tamar Indorum & caſsiam: cola & vtere. Ad eadem enim vt præcedens valet.

## *Infuſum* Hieræ D. M.

℞. Hieræ
Aloës añ. ʒ.v.
Decocti eupatorij ℔.j.

Decocto in vaſe vitreo poſito hieram & aloën inſolando macera duodecim dies vel plures.

Infuſum hieræ ventriculum & caput purgat, proinde amborum doloribus etiam aſsiduis & hemicraniæ confert, ac febribus antiquis; datur ℥.j. plus minûsve.

upna Universidad Pública de Navarra
9700310341 Nafarroako Unibertsitate Publikoa

## *Aliud eiuſdem.*

℞. Hieræ
Aloës an. ℥.v.
Decocti epithymi ℔.ſ.
Macera & vtere vt priore.

Hoc infuſum purgat humorem craſſum & melancholicum, ob id affectibus cerebri melancholici ſalubre.

# Loch de pino

## D. *Meſues.*

℞. Granorum pini ℥.xxx.
Amygdalarum dulcium
Auellanarum aſſatarum
Tragacanthæ
Gummi Arabici
Liquiritiæ & ſucci eius
Amyli
Capillorum Veneris
Radicum liliȷ cœleſtis an. ℥.iiȷ.

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Carnium dactylorum ʒ.xxxv.
Amygdalarum amararum ʒ.iij.
Mellis paſſulati
Zucchari taberzet, id eſt, finiſsimi
Butyri recentis an̄. ʒ.iiij.
Mellis taberzet, quod ſufficit.

Loch de Pino Meſue conferens ad tuſsim antiquam, & ad aſthma, & ſputi viſcoſitatem, & conſtrictionem anhelitus.

## *Loch de Scylla*

D. M.

℞. Succi ſcyllæ
Mellis deſpumati an̄. ℔. *ß*.
Coque in ſubſtantia loch.

Loch de Scylla Meſues, quod eſt medicamen iuuamenti magni eis, quibus materia groſſa & viſcoſa, & difficilis maturationis exuberat in mēbris anhelitus, reddens eam facilem ad expellendum: & confert difficultati anhelitus, & dolori pectoris, & laterum.

upna
Publica de Navarra
9700310341 Nafarroako Unibertsitate Publikoa

## *Lochſanum* D. M.

℞. Cinnamomi
Hyſſopi ſiccæ
Succi liquiritiæ añ. ℥. ß.
Iuiubarum
Sebeſten añ. num̄. xxx.
Paſſularum enucleatarum
Ficuum ſiccarum
Dactylorum pinguium añ. ℥. ij.
Fœnigræci ʒ. v.
Capillorum Veneris M. j.
Aniſi
Marathri
Iridis
Calaminthæ
Seminis lini añ. ʒ. iiij.

Hæc omnia coquantur in lib. iiij. aquæ donec remaneant lib. ij. & pone ſuper ea penidiorum libras duas, & coque vſque ad mellis ſpiſsitudinem, deinde proijce deſuper
Pinearum mundatarum ʒ. v.

Amyg

upna Pública de Navarra
9700310341 Nafarroako Unibertsitate Publikoa

Amygdalarum mundatarum
Liquiritiæ
Tragacanthæ
Gummi Arabici
Amyli añ. ʒ.iij.
Iridis ʒ.ij.

Malaxentur omnia & agitentur, vſque dum medicamen maturetur, & fiat album.

Loch ſanum & expertum Meſues, conferens ad tuſsim, & raucedinem vocis quæ eſt propter frigiditatem, & phlegma groſſum quod in pectore continetur & pulmone.

## *Loch de Caulibus, domini Gordonij.*

℞. Succi caulium rubeorum libram vnam.
Croci ʒ.ij.
Zucchari
Mellis añ. ℔.ß.
Miſce ſimul vt decet, & fiat Loch.

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

# *Loch de pulmone Vulpis dom. Meſ.*

℞. Pulmonis Vulpis ſicci
Succi liquiritiæ
Capillorum Veneris
Seminis fœniculi añ. ℥.iiij.

Confice cum zuccharo decocto in aqua quantum ſufficit.

Quandoque etiam conficitur cum Rob myrteo, & eſt lenitiuum & confortatiuum amplius.

Loch de pulmone vulpis magiſtrale domini Meſue in capite de Phthiſi ponit ipſum de mente Galeni, Auicennæ: etiam xiij. cap. de cura vlcerum pectoris. & eſt ex Medicinis mirabilis iuuamenti, aggregantibus virtutem confortationis & mundificationis pulmonis.

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

# Mithridatum

## *expertum D. Ioannis Manardi.*

℞. Sanguinis ſicci anatis maris
Anatis fœminæ
Anſeris
Hœdi
Rutæ ſylueſtris
Seminis fœniculi
Cymini
Anethi
Napi ſylueſtris, vel loco eius domeſtici an̄. ʒ. iij. Quidam loco eius ponũt ſemen ſinapis: quod an verum ſit, iudicet lector.
Radicis Gentianæ
Trifolij
Schœnoanthos
Thuris

upna Universidad Pública de Navarra 9700310341 Nafarroako Unibertsitate Publikoa

Roſarum ſiccarum an̄. ʒ.iij.
Piperis albi
Piperis longi
Coſti
Phu, id eſt, valerianæ
Aniſi
Cinnamomi an̄. ʒ.ij.
Myrrhæ
Nardi, ſiue ſpicæ nardi an̄. ʒ.vi.
Benzoi, id eſt, aſſæ aromaticæ
Aſari
Hammoniaci an̄. ʒ.iij.
Maceros
Agarici an̄. ʒ.ij.
Carpobalſami ℈.j.
Iridis
Croci
Rhei barbari ac pontici
Maſtiches an̄. ʒ.j.
Stœchados ʒ.v.

Fiat puluis ſubtiliſsimus ex omnibus, & cum quadruplo mellis electi bene q; expumati fiat miſtura.

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa
9700310341

Mithridati experti D. Ioan. Manardi deſcriptio, quæ à multis hac ratione probatur, eò quòd ea quæ hāc ingrediuntur, facilius inueniuntur, quàm ea quæ aliam deſcriptionem. Non immeritò igitur hanc probauit Manardus, vir in arte medica peritiſsimus.

## *Mithridatum*

D. N.

℞. Styracis calam. ℥.i.℈.i.
Caryophyllorum
Nardi, ſiue ſpicæ nardi
Xylobalſami, id eſt, ligni balſami
Orobi, id eſt, erui
Lentiſci. malè, ſed Leuiſtichi
Tragacanthæ
Maſtiches
Galbani

Gummi Cedri. & quia nō habemus, loco eius ponimus gummi Iuniperi: ſecundum Matthæum Syluaticum, eſt Vernix, vt apparet in cap. de vernice.

upna Universidad Pública de Navarra
9700310341 Nafarroako Unibertsitate Publikoa

Aſpalathi
Caſtorij
Offrei, id eſt, gummi hederæ
Bdellij
Terræ ſigillatæ
Meliloti
Ladani
Opopanacis
Hammoniaci
Opij
Sulphuris viui
*Liquiritiæ
Nitri, ſiue ſalis nitri
Hypocyſtidis
Acaciæ
Roſarum
Chamædryos
Hypericonis
Abrotani
Pæoniæ
Hyſſopi
Origani
Elenij, id eſt, Enulæ campanæ

*Glycyrrhizam uocant.

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Ramicedri. quia non reperiuntur hic, loco ipſorum ponunt folia Sauineæ: quidam verò ramuſculos Iuniperi, ſed Sauineæ melius eſt.

Daphnoidis, id eſt, foliorum lauri
Ariſtolochiæ longæ
Epithymi
Peucedani
Roriſmarini
Centaureæ, ſcilicet minoris
Eryngij
Balauſtiæ
Cimarum myrti
Pſidiæ
Romei, id eſt, ſeminis Raphani
Scyliæ
Carpobalſami, id eſt, ſeminis balſami
Aniſi
Gith, id eſt, nigellæ
Hyoſcyami
Fœniculi
Cymini
Cardamomi

9700310341 Biblioteca Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa

Seſelis
Teſapij, id eſt, ſinapis albi.
Ammis
Sinoni, id eſt, Petroſelini Macedonici
Seminis rutæ
Meconis, id eſt, papaueris albi
Apij
Dauci
Orminij, id eſt, ſeminis rapæ
Macropiperis, id eſt, piperis longi
Ocymi, id eſt, baſiliconis
Amomi añ. ℈.j.
Acori
Illafeós, id eſt, bardanæ
Caſſami: ſecundum Compoſitorem, eſt panis porcinus
Philis, id eſt, capparis
Zuccorariæ, id eſt, floris agni caſti
Cathanecis, id eſt, cornu cerui añ. ℈.ij.

Balſami, id eſt, liquoris emanantis ab arbore balſami. & ſunt qui in loco balſami, quia non inuenimus, ponunt myrrham liquidam

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Cinnamomi
Croci
Coſti
Schœnoanthos
Zingiberis

Folij, id eſt, malabathri, & non ſunt folia caryophyllorum, vt quidam credunt: & in loco folij, ponimus folium caryophylli, vel ſpicam nardi.

Terebinthinæ
Myrrhæ
Olibani
Caſsiæ, ſiue caſsiæ ligneæ
Agarici
Spicæ celticæ
Rhapontici
Iridis
Aſari
Dictami
Praſsij
Interioris colocynthidis
Stœchadis
Arthemiſiæ

upna
Biblioteca Pública de Navarra
9700310341 Nafarroako Unibertsitate Publikoa

Calaminthæ
Scordij. & quia non inueniunt in hac regione, loco eius ponimus allium agreſte.
Silphij, id eſt, aſſæ fœtidæ
Chamæpityos
Melanopiperis, id eſt, piperis nigri
Leucopiperis, id eſt, piperis albi
Seminis petroſelini
Anagodam, id eſt, Sumach
Cardamí, id eſt, Naſturtij
Pentaphillon, i. quinquefolij an. ℈. i.
Daphnoidis, id eſt, baccarum lauri gran. vi. ß.
Vini fortiſsimi & vetuſtiſsimi ℥. i.
Mellis quod ſufficit.

Mithridatum Nicol. dicitur mater omnium antidotorum, a Mithridate rege dictum qui compoſuit, faciens ad omnes paſsiones capitis virorum vel mulierum, ſi fuerint ex frigiditate: & maxime melancholicis & timidis, epilepticis & hemicranicis confert, & do-

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

ſorem ſupercilij patientibus, & lachry mantibus oculis, & ad omnia capitis vitia vel aurium: ſubuenit dentium do loribus & palato, & omnibus vitijs oris & maxillarum medetur, ſi ſuper locum dolentem ponatur, & iterum ad modum emplaſtri ponatur in temporibus vnde fit diſcurſio: Squinantiam ſol uit: apopleticis, tuſsientibus, aſthmaticis, hæmoptoicis, peripleumonicis, & omnibus doloribus qui intra corpus humanum fiunt, ſuccurrit: Iliacis, dyſentericis, & lientericis confert, ſi detur cum decoctione balauſtiæ: extẽſionem humerorum, tetanos ſiue ſpaſmos patientes, & paralyticos ſine mora ſanat: diaphragmati & hypochondrijs ſubue nit: renibus & veſicæ opitulatur, calculos frãgit, menſtrua prouocat, omniaq́ vitia matricis excludit, ſchliroſim patientibus & podagricis ſingulis præſidio eſt: præcipuè datur contra venena omnia: venenatos morſus, ſiue rabidi
9700310341 Nafarroako Unibertsitate Publikoa

canis, ſeu cuiuſcunque reptilis, impoſitum ſiue bibitum, cum magna admiratione emendat: quotidianarijs & quartanarijs etiam ante horam acceſsionis cum vino tepido datū mirificè prodeſt.

## *Mithridatum Andromachi ſecundum Syl.*

℞. Acori
Phu Pontici
Hyperici
Acaciæ
Gummi añ. ʒ.ij.
Scinci ʒ.ij. oboli ij.
Aniſi ʒ.iij.
Folij nardi Celticæ, & Indicæ
Roſarum ſiccarum
Seminis fœniculi
Meu Athamanthici
Cardamomi
*Gentianæ añ. ʒ.iiij. *alij trium poſtremorum ʒ.ij.
Opij ʒ.iiij. oboli ij.
Petroſelini ʒ.iiij. oboli iij.

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa
9700310341

Caſsij
Polij
Seſeleos
Coſti an̄. ℥.v.oboli ij.
*Gallij ℥.v.obo.iij. *alijs ℥.vj.
Styracis ℥.v.obo.iiij.
Myrrhæ
Caſtorij
Thuris
Succi hypocyſtidos an̄. ℥.vj.
Spicæ nardi
Opopanacis
Schœnu anthus
Reſinæ terebinthinæ
Scordij
Cypheos an̄. ℥.vj.oboli ij.
Seminis dauci ℥.vj.oboli iij.
Opobalſami
Tapſeos an̄. ℥.vj.oboli iiij.
Galbani ℥.vij.
Croci
Cinnamomi
Zingiberis an̄. ℥.vij.oboli ij.

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa
9700310341

Glycyrrhizæ ʒ.vij.ß oboli iiij.
Vini Chij quantum ſufficit.
Mellis Attici quantum ſufficit.

Mithridatum Andromachi ad deleteria efficax eſt, & ad internos omnes affectus.

## *Mithridatum Damocratis ſecundum Syl.*

℞. Myrrhæ Arabicæ Trogloditidis
Croci
Agarici
Zingiberis
Cinnamomi
Spicæ nardi
Thuris
Thapſeos an. ʒ.x.
Opobalſami
Seſeleos
Schœnu anthus
Stœchados
Terebinthinæ
Galbani

upna Universidad Pública de Navarra
9700310341 Nafarroako Unibertsitate Publikoa

Coſti
Piperis longi
Caſtorei Pontici
Succi hypocyſtidos
Styracis boni
Opopanacis
Foliorum malabathri noui añ. ʒ. viij.
Caſsiæ nigræ
Polij
Piperis albi
Scordij
Seminis dauci Cretici
Carpobalſami
Cypheos
Bdellij añ. ʒ. vij.
Nardi Celticæ
Gummi Arabici
Petroſelini
Succi papaueris
Cardamomi
Seminis fœniculi
Gentianæ
Foliorum roſæ añ. ʒ. v.

upna
Pública de Navarra
9700310341 Nafarroako Unibertsitate Publikoa

Dictamni Cretici amplior vel æqualis portio.
Aniſi
Arij
Acori
Phu
Sagapeni
Meu Athamantici
Acaciæ
Scinci ventris
Seminis hyperici añ. ℥.ij.ß.
Vini
Mellis ana quantum ſufficit.

## Micleta D. N.

℞. Myrobalanorum citrinorum Indorum, chebulorum mundatorum & aſſatorum añ. ℥.ij.ß.
Cymini
Aniſi
Marathri
Ammis
Carui añ. ℥.j.ß.

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Bellericorum
Emblicorum aſſatorum an̄. ʒ.ij.
Naſturtij torrefacti ʒ.ij.ß.
Infuſa ſint in aceto die ac nocte, & poſtea aſſata puluerentur, tunc adde
Spodij
Balauſtiæ
Maſtiches
Gummi Arabici
Sumach an̄. ʒ.j.gra.xv.
Fricentur omnia cum oleo roſarum & diſtemperētur cum Syrupo myrteo.
Micleta Nicol. experta eſt, & valet propriè ad hæmorrhoidas, & ad ventris torſionem & rugitum, lienteriæ & dyſenteriæ, & optima eſt omni ſolutioni ventris.

## *Mina aromatica*

D. M.

℞. Succi cydoniorū acidorum ℔.xx.
Vini antiqui boni ℔.x.
Mellis deſpumati ℔.vj.



upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Cinnamomi
Cardamomi añ. ʒ.iij.
Caryophyllorum ʒ.ij.
Zingiberis
Macis
Ligni Aloës
Maſtiches añ. ʒ.j.ß.
Croci ʒ.ij.
Moſchi ℈.iij.
Galliæ ʒ.ij.

Confice ſic: Succum & vinum igni lento ſemper deſpumando coque ad tertiæ partis conſumptionem: cola, reſidendo clareſcat. Claro adde mel, iterum coque & in eo ſuſpende nodulo ligata aromata mediocriter trita præter crocum: identidem fricando eum in ipſo medicamento donec craſſeſcat. Deinde aromatiza moſcho & gallia.

Sunt qui saccharum loco mellis ponunt, & vtrunque ſine, & cum aromatibus componunt.

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Conditum ex cydonijs ventriculum, hepar & cætera viſcera roborat, appetentiam excitat, coctionem iuuat, vomitum & lienteriam ſedat, medicamentum eſt celebre, ac expertum.

## *Miua ſimplex*

### D. M.

℞. Succi cydoniorum ℔. C.
Vini antiqui ℔. xl.

Succum coque in vaſe lapideo igni lento ad dimidias, ſemper deſpumando, cola: horis circiter tribus reſideat: claram partem exemptam cum vino antiquo coque prunis ad craſsitiem.

Potes etiam ſic:

℞. Succi cydoniorum ℔. xl.
Aceti albi ℔. xx.

Succum ad dimidias coque, & cum aceto percoque.

Vel ſic:

℞. Succi cydoniorum acidorum libras lx.



upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Menthæ ſiccæ
Foliorum citri añ. ℥.viij.
Foliorum roſarum ℥.iij.
Vini albi antiqui ℔.xxv.
Mellis *uel*
Sacchari quantum ſufficit.

Coque ad dimidias, cola, cum vino percoque addito melle vel ſaccharo, cum vel ſine aromatibus. Quidã item vini loco acetum incoquunt.

Condita hæc ex cydonijs eandem fere cum ſuperiore facultatem habent.

## *Mel Roſaceum*

### D. M.

℞. Roſarum rubearum præparatarum vt in conſerua, añ. partes ij.
Mellis boni, partes vi.

Coquantur cum facilitate ſicut oportet. Et ſunt qui ponunt mellis & ſucci roſarum partes ęquales, & non ponunt aliquid ex folijs omnino. ſunt etiã qui ponunt foliorum partem j.ß.

upna Pública de Navarra
9700310341 Nafarroako Unibertsitate Publikoa

Succi, partem j. ß.
Mellis, partes iij.

Mel Roſaceum, ſtomachum confortat & mūdificat, & eſt digeſtiuum materiarum phlegmaticarū in ſtomacho & meſeraicis contentarum.

## Mel paßulatum
### D. Syl.

℞. Vuas paſſas, horis vigintiquatuor macera, percoque, colo exprime, expreſſum ad mellis conſiſtentiam recoque & reconde.

## Mel Violaceum.

℞. Florum violarum, partem j.
Mellis boni, partes iij.
Coquantur cū facilitate ſicut oportet.

Mel violaceum, confert tepidè febrientibus, corpus humectat & relaxat, & valet ad ſiccitatem pectoris.

## Mel Anthoſatum.

℞. Florum Anthos, partem j.

upna Universidad Pública de Navarra 9700310341 Nafarroako Unibertsitate Publikoa

Mellis, partes iij.
Fiat vt prius.

## *Manus Chriſti perlati.*

℞. Zucchari clarificati & ab aqua conſumpti ℔.i.
Aquæ roſarum ℔.ß.
Miſce hæc duo, & ſimul bulliant vſque ad aquæ conſumptionem, & zucchari duram coctionem. In fine verò addatur
Margaritarum ſubtiliſsimè puluera-tarum ℥.ß.
Et proijciatur ſuper marmor aſperſum vt ſuprà, & reſeruetur.

## *Medicamentum de bryonia D. M.*

℞. Radicis bryoniæ mundatæ & tritæ ℔.ß.
Sapæ
Vuarum paſſarum añ. ℔.iiij.
Squillæ aſſatæ
Strobylorum purgatorum añ. ℥.j.ß.

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Seſeleos
Salis gemmæ
Galliæ añ. ʒ.j.
Spicæ ʒ.ß.
Agarici ʒ.iij.

Ex bryonia medicamentum aperte efficax ad epilepſiam, paralyſim, vertiginem, & cæteros affectus frigidos cerebri, ſpinalis medullæ, & tortorum vtrinque neruorum. Datur poſt ſex menſes à ʒ.ij. ad ʒ.v.

# Oeſypum ſic

## *extrahit* D. M.

℞. Lanæ ouium ſuccidæ lb. circiter ſexaginta, aqua calida horis octo merguntur, ſemel ferueſiunt, exprimūtur: colatum reliquum igni lento in vaſe ſtannato percoquitur ſemper ad mellis fluxilis craſſitiem, fundum mouendo lata rudicula lignea ne vratur.



upna 9700310341 Nafarroako Unibertsitate Publikoa

## *Oxymel ſimplex.*

℞. Mellis boni, partes ij.
Aceti, partem vnam
Aquæ fontis, partes iiij.

Et debent primo ſimul decoqui mel & aqua, & deſpumari, ita quod non permittatur creſcere ſpuma deſuper. Poſtea ponatur acetum, & decoquatur ad perfectionem: & dicit Auicē. quod tantum debent decoqui quod hæc tria, ſecundum acetum crudum: & quanto mel magis ſpumat, tanto eſt deterius, & tanto longiori & perfectiori indiget decoctione.

Oxymel ſimplex Meſues, conferens in materiebus phlegmaticis groſsis & viſcoſis ſubtiliando, incidendo, & abſtergendo, aperiendo, & diuidendo, & digerit materias febriū longi tēporis.

## *Oxymel diureticum, quod communiter præparatur.*

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

℞. Corticum radicum apij
Fœniculi añ. ℔. i.
Petroſelini
Bruſci
Sparagi
Seminis apij
Seminis fœnigræci añ. ℥. i.

Decoquantur prædictæ radices & ſemina, in libris duabus aquæ, & in libra vna aceti, vſquequo redeant ad medietatem ad modicũ plus. Deinde cum melle quantum ſufficit fiat Syrupus, qui decoquatur tãdiu, donec ſuam perfectam habeat decoctionem.

## *Oxymel ſcylliticum*

D. M.

℞. Mellis deſpumati ℔. iij.
Aceti ſcyllitici ℔. ij.

Coquatur vſque ad perfectam coctionem, & reſeruetur.

Oxymel ſcylliticum Meſue valet contra materias frigidas, difficiles, &



upna Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

ſubmerſas in locis difficilis eradicatio nis: contra eructationem acetoſam, & veſicæ mollificationem mirè prodeſt.

## *Oxymel de radicibus, ſeu diureticum* D. M.

℞. Corticum mundatorum & inciſorum radicis apij
Fœniculi añ. ℥. ij.
Seminum apij
Fœniculi
Aniſi añ. ℥. j.
Aceti ℔. x.
Aquæ ℔. xx.
Mellis dimidium.

Conficitur ſic: Cortices & ſemina vigintiquatuor horis macerantur in vaſe lapideo aceti & aquæ, tum coquuntur ad tertiæ partis conſumptionem, colato additur mellis dimidium & lento igne percoquitur.

Oxymel diureticum incidit, tenuat, terget: ob id obſtructiones ventriculi,

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

hepatis, lienis aperit: febres diuturnas à bile craſſa aut pituita iuuat, vrinam mouet.

## *Oxymel compoſitum de quinque radicibus Iac. Syl.*

℞. Corticum radicum apij
Fœniculi
Petroſelini
Ruſci
Aſparagi añ. ℥.ij.
Seminis apij
Seminis fœniculi añ. ℥.j.
Aquæ ℔.xij.
Aceti ℔.j.
Mellis quantum ſufficit.

Omnia in aceto & aqua macerantur & ad dimidias coquuntur: expreſſum pòſt mellis quantitate idonea percoquitur.

## *Oxymel ex liguſtico*

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa
9700310341

D. M.

℞. Radicum apij
Fœniculi
Petroſelini
Calaminthes
Dauci añ. ℥.i.
Zingiberis
Seminis liguſtici
Seminis apij
Seminis fœniculi
Aniſi
Cari
Eupatorij
Aſari
Abſynthij añ. ℥.ß.
Caryophylli
Galangæ añ. ʒ.iij.
Spicæ nardi ʒ.ij.
Aceti ℔.x.
Mellis ℔.v.

Coque in aceto ad dimidias, & cum melle percoque.

Oxymel ex liguſtico ad pituitam

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

craſſam, lentam, putrem, obſtructiones hepatis & lienis aperiendas, vrinam mouendam facit.

## *Oxymel ex calaminthe*

D. M.

℞. Radicis apij
Radicis fœniculi
Radicis intybi an. ℥.j.
Schœnu anthus ʒ.ij.
Seminis apij
Seminis fœniculi
Aniſi an. ʒ.vj.
Calaminthes montanæ & domeſticæ
Spicæ
Aſari
Caſsiæ
Maſtiches
Dauci
Petroſelini an. ℥.ß.
Caryophyllorum
Liguſtici
Zingiberis

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Galangæ añ. ℥.ij.
Aceti lb.viij.
Aquæ lb.vj.
Mellis deſpumati lb.v.

Vt artis eſt coque in aceto & aqua ad duarum partium conſumptionem: demum mel adde.

Oxymel ex calamintha calfacit, incidit, terget humores craſſos, lentos, putres: ob id intemperiem frigidam ventriculi & hepatis corrigit, ſcirrhum lienis & aliorum viſcerum diſſipat, febres diuturnas iuuat. Datur ab ℥.j. ad ij.

## οἰνόμελι *Vinum mulſum*

D. M.

℞. Vini antiqui boni lb.x.
Mellis boni & deſpumati lb.ij.
Cinnamomi ℥.v.
Spicæ nardi ℥.j.
Caryophylli
Zingiberis

upna Pública de Navarra
9700310341 Nafarroako Unibertsitate Publikoa

Ligni aloës
Macis añ. ℥.ß.
Cardamomi * ʒ.ij. *alij ʒ.iij.
Croci ʒ.i.ß.
Moſchi ʒ.iij.

Paratur ſic: Tere omnia negligenter, cola panno raro & moſcho aromatiza.

Vinum mulſum intemperiem frigidam ventriculi, hepatis ſanat: flatus in eis & hypochondrijs diſsipat: oris odorem, cutis colorem commendat.

## *Oxyzacchara ſimplex*

D. N.

℞. Zucchari ℔.i.
Succi malorum granatorum acetoſorum ℥.viij.
Aceti ℥.iiij.

Ponantur omnia ad ignem, donec ad formam ſyrupi redeant.

Oxyzacchara Nicol. ab oxos, quod eſt acetum, & zuccharo dicitur: valet

upna Universidad Pública de Navarra
9700310341 Nafarroako Unibertsitate Publikoa

tertianæ, acutis, & quartanæ: nam verè purgant choleram in ſtomacho exiſtentem.

## *Oxyzacchara compoſita.*

℞. Capillorum Veneris
Scolopendriæ, ſiue ceterac
Hemionitidis, ſiue linguæ ceruinæ, quam vulgò Scolopēdriam vocant, ſed falſò
Polytrichi
Hepaticæ
Violarum
Fœniculi
Bruſci
Sparagi
Graminis añ. ℔. i.

Confice ſic: In ſucco malorum granatorum acetoſorum, herbas & radices infunde per tres dies, quarta die modicum bullire deſine, & cola cum depreſsione fortiſsima. Poſtea adde Zucchari quod ſufficit; coque ad perfectam

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

ctam ſpiſsitudinem.

## Oleum de Amygdalis dulcibus D. M.

℞. Ex amygdalis mundis ab vtraque cortice, partem aliquam, & tere contritione vltima, & fac paſtones ex eis, & dimitte in loco calido per ſpatium quinque horarum. Iterum tere & pone in zainari, id eſt, in torculari, & exprime, & manabit oleum: Si autem in vaſe duplici per ſpatium horæ coxeris, deinde expreſſeris in torculari, emanabit abundantius. aut ſi amygdalis tritis ſaccellos impleueris, & ſub cinere calido aut arena calida inter pannos ſepelias, poſtea exprimas, abundantius emanabit oleum.

Oleum amygdalarum dulcium Meſues, leniens aſperitatem gutturis, pulmonis, & partium omnium exteriorum, & omnes durities & ſiccitates membrorum & iuncturarum, & cōfert



upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa
9700310341

ethicis, & impinguat & augmentat ſperma, & iniectum confert ardori vuluæ & veſicæ.

## *Oleum Amygdalarum amararum.*

Sic fit præparatio amygdalarum amararum ſicut dulcium.

Oleum de amygdalis amaris eſt aperitiuum opilationum, carminatiuum ventoſitatum & reſolutiuum: & confert dolori aurium, & ſurditati, & ſibilo: lenit aſperitates & delet panum faciei, & confert doloribus neruorum, & duritiem eorum lenit.

## *Oleum Laurinum.*

℞. Baccarum lauri electarum & maturarum & contritarum. in aqua diu coquantur & colentur, quumq; infrigidatum fuerit, illud pingue quod ſupernatat colligatur.

Oleum Laurinum excalfacit vehe-

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

menter, & emollit: ita vt ijs, qui ſcabie ſcatent, & aſperis impetiginibus obſidentur, illiti in balineo, perſanentur. Sed eo conuenit abſtinere, lichenibus & pſoris, inflammationem minantibus: in calidis quoque temperaturis & bilioſis: ſiquidē frigidis corporibus, humidis & pituitoſis congruit: item ijs, quorum articuli algoribus, aut perfrictione affliguntur: iſchiadicis ſubſidio eſt: vermes & pediculos enecat, furfures capitis emendat, alopetias & ophiaſes corrigit. Vſus eius, in lauacro nitri: poſtea detergere oportet vino & melle, & fœnigræci farina: ſed cauendum eſt, ne capiti dolorem ſentiēti, laurinum hoc oleum admoueatur.

## *Oleum Seſaminum*

D. M.

Mundetur Seſamum ab omnibus immunditijs, deinde roretur ſuper ipſum aqua cum ſale pauco, & confricetur



upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

manibus, iterumq; roretur donec madefiat: poſtea expandatur vt exiccetur, deinde aſſetur aſſatione modica, & ponatur in ſacculo pãni aſperi, & fricetur multũ, donec excorticetur, deinde mundetur à corticibus, & molatur, & trahatur oleum ſicut de amygdalis.

Hoc modo fiunt olea de ſemine lini, de granis papaueris, de ſemine lactucę, prӕterquàm non oportet vt excorticetur ſemen lini. Meſue in litera.

Olei Seſamini & eius iuuamenta ſunt, quia impinguat, & addit in ſpermate, & leuat duritiem & aſperitates, & clarificat vocem, & lenit guttur, & eſt materia multorum oleorum.

## *Oleum nardinum*

D. M.

℞. Spicӕ aromaticӕ, id eſt, ſpicӕ nardi ℥.iij.

Vini

Aquӕ añ. ℥.ij.ß.

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Olei Seſamini ℔.ß.

Decoquatur in vaſe duplici, lento igne quaſi per horas quatuor, & frequenter moueatur omni hora.

Vel ſic:

℞. Spicæ nardi ℥.iij.
Sampſuchi ℥.ij.
Xylaloës
Enulæ
Folij Indi
Calami aromatici
Foliorum lauri
Cyperi
Schœnu anthus
Cardamomi ãn. ℥.i.ß.
Vini
Aquæ quantum ſufficit.
Olei ſeſamini ℔.vj.

Antequam terantur vino & aqua ſufficienti, & oleo ſeſamino mergantur: coque vaſe duplici igni lento horis ſex ſingulis horis mouendo. Vel ſic:

℞. Spicæ nardi ℥.iiij.



upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Styracis
Caryophyllorum añ. ℥.iij.
Nucis moſchatæ ℥.v.
Olei balſami ℥.vi.
Olei ſeſamini ℔.iiij.
Coque vt prius horis quinque.

Oleum nardinum, eſt oleum benedictum, & prodeſt maximè ad omnes ægritudines frigiditatis & ventoſitatis, neruorum, ſtomachi, hepatis, ſplenis, renum, veſicæ & matricis: & cõfert dolori capitis, & hemicraneæ ſecundum omnem formam adminiſtrationis.

## *Oleum de Coſto*

D. M.

℞. Coſti amari ℥.ij.
Caſsiæ ℥.i.
Extremitatum ſampſuchi ℥.viij.
Vini odoriferi quod ſufficit, ad infundendum noctibus duabus.
Olei ſeſamini ℔.iij.
Decoque ſicut oleum Nardinum.

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Oleum coſtinum Meſues, neruos & lacertos calefaciens, & aperiens oppilationes eorum, & confortans omnia membra neruoſa, & confert ſtomacho & hepati, & confortat capillos, & prohibet caniciem, & facit colorem, & odorem corporis bonum.

## *Oleum Rutaceum*

D. N.

℞. Olei oliuarum completarum ℔.iij.
Foliorum rutæ
Succi earum ana. ℥.iij.
Et fiat oleum ſecundũ artem vt decet.

Oleum rutaceum, calfacit & reſiccat: quare deſtillationibus auxiliatur: doloribus cum thoracis, tum reliquarum partium quæ vim caloris deſiderent, remedio eſt.

## *Oleum Anethinum*

D. M.

℞. Olei communis ℔.ij.℥.iiij.

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Florum anethi ℥.x.ʒ.ij.

Flos anethi tribus diebus infundatur in oleo: quarta verò die lento igne modicum coquatur diligenter & extrahatur, & iterum decoctioni addantur florum anethi ℥.iij. & ad ſolem ſuſpendatur, & vſui diligenter reſeruetur.

Oleum anethinum Meſues, ſedatiuum dolorum, reſolutiuum, prouocatiuum ſudoris, conferens rigori febris inuncta ſpina, prouocans ſomnum, & confert dolori capitis.

## *Oleum Chamæmelinum*

D. M.

℞. Olei dulcis ℔.ij.℥.iiij.
Florum Chamæmeli ℔.i.

Fiat ſicut oleum anethinum, vt decet ſecundum artem.

Oleum Chamæmelinum Meſues, benedictum, expertorum iuuamentorum, ſedatiuum dolorũ & reſolutiuum, & eſt in eo prohibitio curſus materia-

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa
9700310341

rum propter ſtipticitatem eius modicam, & confortat neruos & neruoſa omnia, & confert doloribus eorum.

Galenus ei vim laxandi, non adſtringendi adſcribit. Paulus ſumit florum abſque albo, per naturalem diem ſiccatorum ℥. ij. pro ſextario vno Italico, & tegit vas linteo ſimplici vt tranſpiret, & exponit ſoli per quadraginta dies: poſt bene obturato vaſe reponit. vbi non habes flores virides, potes facere ex ſiccis, & coquere in vaſe duplici, ſed erit debilius.

Chamæmelinum oleum, vt inquit Actuarius, illitum per ſe vel cum temperato calore, rarefacit, longas maximè febres diſcutit: quod ſi ex mero calido, dolores omnium corporis membrorum illitu leuat.

## *Oleum Myrteum.*

℞. Olei ℔.iij.
Myrtorum ℔.j. confrangantur



upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Vini optimi ℔.ij.

Miſce ſimul,bulliant vſque ad conſumptionem vini,deinde coletur & reſeruetur.

Oleum myrteum , refrigerat & adſtringit:ideoq́ cœliacis adfectibus ſubuenit:ſanat igne ambuſta: puſtulas erūpentes illitu emendat: attritus hyeme concitatos & intertrigines,illitum corrigit: ſedis rimas,condylomata,laxatos artus perſanat,& ſudores coërcet.

## *Oleum Irinum.*

℞. Radicum Iridis ℥.ij.
Floris eius ℥.iiij.
Aquæ decoctionis radicum eius ℔.j.
Olei oliuarum *uel*
Olei ſeſamini ℔.ij.

Bulliant in duplici vaſe, vſque ad aquæ conſumptionem, deinde cola,& permuta radices & flores & aquam decoctionis,& hoc bis fiat, deinde cola & reſerua.

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

In hunc modum communiter parãt. Aliud vide apud Dioſcorid. quod cer te magnarum eſſet virium ſi bene pararetur.

Oleum Irinũ Meſues, abſterſiuum, reſolutiuum, maturatiuũ, & ſedatiuum dolorum frigidorum: ſubtiliatiuum & maturatiuum materiarum in pectore, & pulmone exiſtentium, & confert doloribus iuncturarum, & lenit durities earum, & apoſtemata dura, & ſcrophulas, & confert dolori & frigiditati matricis, & ſpaſmo, & dolori auris, & fœtori narium.

## *Oleum Roſaceum*

D. M.

Accipe oleum de oliuis, aut oleum ſeſaminum recens, lauetur cum aqua fontium lotionibus pluribus, deinde accipe foliorum Roſarum rubearum recentium contuſarum quantitatem ſufficientem, & ſepelias in oleo quod la-

upna Universidad Pública de Navarra
9700310341 Nafarroako Unibertsitate Publikoa

uaſti, & obtura orificium eius, & expone ſoli per dies ſeptem: deinde coque in vaſe duplici per horas tres: deinde fac permutationem foliorum roſarum, & vtere alijs recentibus, & dimitte per alios dies ſeptem: deinde exerce coctionem in eo ſicut feciſti prius, & fac denuò permutationem foliorum roſarũ, & proijce ſuper illud aquæ infuſionis deſcriptæ in litera I. ſicut eſt quantitas olei, & ſtringe orificium vaſis, & dimitte in ſole per dies quadraginta.

Alij non ſoli exponunt, ſed in puteo ponunt: alij fodiunt ſub terra quadraginta dies.

Oleum roſaceum Meſue, & eſt primus modus, confortatiuum & reſolutiuum conuenienter, lenitiuum & ſedatiuum. Rude verò eſt extinctiuum inflammationum, confortatiuum, aggregatiuum, & prohibitiuum curſuum: propter quod potentiſsimum eſt potatum ad dyſenteriam, & ad fluxum ma-

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

teriarum per corpus. Et differt comple tum à rudi: quoniam materia completi eſt cum folijs roſarum completarum. Materia autem rudis eſt, ex oliuis quibus nondum accidit maturatio, & ex folijs roſarum non completarum.

Oleum roſaceum virtutem habet frigidam & ſtypticam, & ideo ad dolores capitis ex febre ſeu ex calore ſolis optimum eſt: ardores autem & calores quos ſtomachus plenus ſua ventoſitate conficit, in toto ſeu in parte aufert: & doloribus quandoq; in capite toto vel in parte confert, ſi ex ipſo inungatur caput: confert etiam doloribus exiſtentibus in ſtomacho, ſeu in inteſtinis ex acredine humorum, mixtum cum maſtiches ℥. ij. & ſufficienti cera in ipſo ſolutum: & poſtea locis inunctis ad eryſipelas eſt vtile.

## *Oleum Violaceum.*

℞. Olei oliuarum ℔. ij.

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa
9700310341

Violarum ℥.iiij. ſcilicet viridium, contuſarum.

Reponantur in vaſe vitreo, & ſoli exponantur per dies ſeptem, deinde bulliant in duplici vaſe per horas tres. Poſtea colentur, & vſui reſeruentur.

Oleum hoc, Iaton vocat Paulus, conficiq́; dicit vel ex purpureis, vel ex croceis, vel leucoio. Et modus operationis vt roſacei: non tamen tandiu in ſole morari debet, ſed dies tantum decem: mutandasq́; dicit ter violas, exacteq́; claudendum vas ne tranſpiret: addendasq́; demum ſiccas violas.

Oleum violaceum Meſues, inflammationes ſedans vbicunque ſint, & lenit aſperitates pectoris & pulmonis, et ſedat apoſtemata calida & pleureſim.

## *Oleum ex Cotoneis*

D. M.

℞. Carnium cotoneorum tritorum cum cortice ſuo quibus media acci-

upna
Universidad Pública de Navarra
9700310341 Nafarroako Unibertsitate Publikoa

dit maturatio.

Succi eorum añ. partes æquales.

Olei ex oliuis incompletis quod ſufficit.

Pone in vaſe vitreo per dies quindecim ad ſolem, deinde coque in vaſe duplici per horas quatuor: poſt illud fiat mutatio cotoneorum, & ſucci eorum, & fiat ſicut dictum eſt bis vel ter, deinde cola & reconde.

Oleum cotoneorum Meſues, ſtomachum & membra nutritionis confortans, & neruos, quibus accidit laxitas, & prohibet multitudinem ſudoris.

Magni vſus eſt etiam in ventris fluxibus. Vide aliam pulchriorem præparationem apud Dioſcorid. Paulus melinon appellat, & in hunc modum componit: Cotoneorum bene deterſorum & cum ſuis corticibus inciſorum accipit ℥. iij. olei omphacini ſextarium vnum, exponit ſoli diebus quadraginta.

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa
9700310341

## Oleum Maſtichinum.

℞. Maſtiches ℥.iij.
*Olei roſati ℥.xij. * *Meſ. ſeſamini*
Vini boni ℥.viij.
Coque in vaſe duplici vt decet.

Oleum maſtichinum Meſues, ſecundum quod in vſu eſt, confortans ſtomachum, neruos, hepar & iuncturas, & lenit apoſtemata dura, & ſedat dolores.

## Oleum ex pomis mandragoræ D. M.

℞. Succi pomorum mandragoræ maturorum
Olei ſeſamini añ. partes æquales.

Coque in vaſe duplici ad ſucci conſumptionem. Succi tantundem ſuffice, coque vt prius: Idem tertiò fac & reconde.

Oleum ex mandragoræ pomis inflammationem omnem extinguit, ſomnum conciliat.

Oleum

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

# *Oleum enulatum*

D. M.

℞. Radices enulæ tuſas
Succi aliarum enulæ radicum
Olei ſeſamini ana partes æquales.
Vini odori partem dimidiam.

Coque atque confice vt in oleo myrtino dictum eſt.

Oleum enulatum calfacit, tenuat, digerit: ob id affectibus neruorum, vteri, veſicæ frigidis prodeſt, ac febrium rigori, & colo à flatibus dolenti.

# *Oleum ex ſtyrace*

D. M.

℞. Styracis ℥. iij. *uel* iiij.
Olei ſeſamini ℔. i.

Coque vt maſtichinum, & colatum repone.

Oleum ex ſtyrace calfacit: ob id confert dolentibus à frigore renibus, veſicæ, vtero, neruis, muſculis, tendoni-



upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

bus, iuncturis.

## *Oleum Cyprinum*

D. M.

℞. Florum cypri ℥.iiij.
Olei veteris ℥.x.

Coque vt roſatum. vel penuria florum folia cum modico vino bis mutata coque in dicta olei menſura.

Oleum de alkanna partes neruoſas roborat, capillos à canitie vindicat.

## *Oleum de Caſtoreo.*

℞. Caſtorei ℥.i.
Olei ℔.i.

Decoquatur caſtoreum in oleo vſq; ad conſumptionē tertiæ partis, & conſeruetur oleum in puluere caſtorei.

## *Oleum de Euphorbio.*

℞. Euphorbij ℥.ß.
Olei de cheiri ℥.v.
Vini odoriferi tantundem,
Coque vſque ad vini conſumptio-

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

nem, & vtere. Vel ſic:

℞. Staphidos agnæ

Struthij añ. ℥.ß.

Pyrethri ʒ.vi.

Succi calaminthes montanæ ℥.i.ß.

Coſti ʒ.x.

Caſtorij ʒ.v.

Vini odori ℔.iij.

Olei leucoij lutei ad

Olei ſeſamini ℔.i.ß.

Euphorbij recentis albi & tenuiſsimè triti ʒ.iiij.

Omnia trita triduoq; in vino macerata ad dimidias coquantur: deinde frica multum diuq; manibus, & cola. Colatum cum oleo percoque ad vini reliqui conſumptionem: tunc inſperge euphorbium, & miſcendo coque.

Oleum de Euphorbio eſt medicina ſolennis ad ægritudines neruorum frigidas, & dolorem eorum, & dolorem iuncturarum, & dolorem hepatis & ſplenis, & fit caputpurgium ex eo ad

upna Universidad Pública de Navarra 9700310341 Nafarroako Unibertsitate Publikoa

ſodam hemicraneam & lithargiam.

Galenus ex ſolo euphorbio & oleo parat, euphorbium vel augens vel minuens, iuxta maiorem minorem'ue indigentiam. vide lib. ij. de compoſ. medic. ſecundum locos.

## *Oleum Vulpinum*

D. M.

℞. Vulpem integram tantum exenteratam
Aquæ fontanæ
Aquæ marinæ añ. ſext. i.
Olei antiqui clari ſext. ij. ß.
Salis ℥. iij.
Aquæ dulcis cui hyſſopi anethi ana M. i. ſit incoctus, quantum ſufficit ad affuſionem
Hyſſopi
Anethi añ. ℔. i.

Vulpem exenteratam aquis, oleo & ſale coque ad aquarum cõſumptionem & vulpis artuum diſſolutionẽ. Poſtea

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa
9700310341

aquam dulcem affunde vaſi, & cum dictis herbis ad huius aquæ conſumptionem recoque. Vel vulpes in aqua fontana & ſalſa cum herbis dictis ſine oleo percoquatur, ad carnium vulpis & artuum diſſolutionem.

Aqua hæc ad fotum vel balneum partium affectarum eſt efficax.

Vulpem viuam ſumit Paulus, & coquit in oleo.

Oleum vulpinum Meſues, eſt medicamen nobile, vltimũ ad arthriticam, podagram, dolorem renum, & dorſi.

## *Oleum ex Tartaro.*

℞. Tartari, id eſt, vini albi ℔. ij. vel quantum volueris. Pulueretur, & inuoluatur in panno lineo; vel in ſtupis, deinde madefiat in aceto albo forti, vt totum ſit madidum, deinde coquatur ſub cineribus optimè calidis quouſque bene nigreſcat, tunc iterum pulueretur, & ponatur in catino inclinato in loco



upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

frigido, & ſtet ſic per octo dies, quouſque reſoluatur in oleum & fluat: & ſi non fluxerit, exprimatur in vaſe vitreo, & reſeruetur.

Oleum ex tartaro eſt, quo mulieres leniunt facies ſuas: abſtergit enim faciem mirabiliter.

## *Oleum Scorpionum*

D. M.

℞. Scorpiones viginti, vel plus, vel minus, ſecundum quantitatem eorum, & pone in vaſe vitreo, & funde deſuper olei amygdalarum amararum libras duas, & ſtringe caput vaſis, & dimitte in ſole diebus triginta, deinde cola & vtere. Vel ſic:

℞. Ariſtolochiæ rotundæ
Gentianæ
Cyperi
Corticum radicis capparis añ. ℥.i.
Olei amygdalarum amararum ſext.j.
Scorpionum num̄. à x. ad xv.

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Omnibus in oleo coniectis, diebus viginti inſolentur in vaſe vitreo operculato: deinde ſcorpiones oleo inijce, obtura, inſola iterum menſe vno.

Oleum ſcorpionū Meſues, lapidem in renibus & veſica frangit, & expellit eum: lumbis, pubi, perinæo illitum, & iniectum per virgam. Paratur nunc cum oleo antiquo, additis multis ſimplicibus medicamentis ad venena laudatis: eſt'que mirabile in peſtilentia & venenis omnibus.

## *Oleum de Lilio.*

℞. Olei oliuarum ℔.i.
Florum liliorum alborum ſine croceo ℥.iiij.

Fiat oleum, ſicut oleum chamæmelinum.

Vel ſic:

℞. Foliorum lilij ℥.viij.
Maſtiches
Calami aromatici

upna
Pública de Navarra
9700310341 Nafarroako Unibertsitate Publikoa

Coſti
Carpobalſami an. ℥.i.
Caryophyllorum
Cinnamomi an. ℥.ß.
Croci ʒ.iij.
Olei dulcis *uel*
Olei ſeſamini lb.ij.
Florum lilij quantum ſufficit.

Omnia præter liliorum folia aqua ſufficiente vigintiquatuor horis macerentur, ſemel aut bis ferueant. Tunc inijce oleum & additis floribus in vaſe vitreo inſola dies quadraginta: poſt colatum reponatur.

Oleum è lilio calfacit, reſoluit: ob id à frigore dolores thoracis, ventriculi, coli, vteri, renum, veſicæ ſedat, lenit & coquit, muliebribus vitijs congruit: vlcera capitis manantia, furfures, varos & feruidas eruptiones illitu emendat, & vitia à frigore contracta ſanat: omnem diſcutit inflammationem, cum croco perunctum: potum, deiectionem

upna Universidad Pública de Navarra
9700310341 Nafarroako Unibertsitate Publikoa

bilis molitur: ſtomacho inimicum, & nauſeam parit.

## *Oleum de floribus Papaueris Meſ.*

℞. Florum, foliorum, & capitum papaueris viridium contuſorũ añ. ℥. iij. Olei oliuarum incompleti ℔. j. ℥. iij. Fiat oleum ſecundum artem vt decet.

Oleum de floribus papaueris Meſues, ſedans dolores calidos, & faciens principaliter ad ſomnum prouocandũ, quando cauſa vigiliarũ eſt mala complexio calida ab aſcenſione vaporum acutorum ad caput, ſi ex ipſo inunguntur tempora, nares, aures, & tota frons.

## *Oleum de Nenufare* D. M.

℞. Olei oliuarum immaturarum ℔. j. Florum Nenufaris viridium contuſorum ℥. iiij.

Reponantur in vaſe vitreo & facias



upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

prout de oleo violaceo tibi dixi, & de poſitione ad ſolem, et de decoctione, & de permutatione florum, & de additione infuſionis.

Oleum de Nenufare Meſues, conuenit ferè cum oleo de Papauere, quum non ſit tantę ſtupefactionis: ſępe tamen quum quærimus ſomnum prouocare, permiſcemus adinuicē oleum hoc cum oleo de papauere: eſt etiam alteratiuum malæ complexionis calidæ vbicunque reperiatur.

## Oleum Menthæ.

℞. Foliorum menthæ
Succi eius añ. ℥. iiij.
Olei oliuarum completarum ℔. iij.

Tria hæc reponantur in vaſe vitreo, et ſoli exponantur per dies quindecim, os vaſis obturando: deinde bulliant per quatuor horas, deinde colentur manibus fortiter exprimendo: & hoc idem ter reiteretur ſemper modo prędicto fa-

upna Pública de Navarra
9700310341 Nafarroako Unibertsitate Publikoa

ciendo, deinde cola & reſerua.

Oleum Menthæ magiſtrale, ſtomacho debili, frigido, & nauſeanti miro modo ſubueniens, ipſum refocillãs, & omnem eius iniuriam detergens: nauſeam & vomitum ſedans, & digeſtionem confortans, & appetitum procurans, ſoluens ſchliroſim, & duritiem apoſtematum.

## *Oleum de Abſinthio.*

℞. Summitatum abſinthij
Succi eius añ. ℥.iiij.
Olei oliuarum ℔.iij.

Ex his facias prout ſuperius tibi monſtraui.

Oleum de abſinthio magiſtrale calefaciens & confortans membra frigida, corroborans ſtomachum, & excitans appetitum mortuum, oppilationes aperiens, & morbos oppilationum à cauſa frigida curans, vermes interficiens & educens ſi in vnguentis & em-

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa
9700310341

plaſtris contra ipſos apponatur.

## Oleum Lumbricorum.

℞. Vermium terræ ℔.ß.
Olei oliuarum ℔.ij.
Vini ℥.ij.

Bulliant omnia ſimul, & fiat oleum vt decet.

Oleum lumbricorum neruos infrigidatos confortat, vtile eſt doloribus iuncturarum.

## Oleum de Cheiri.

℞. Cheiri ℥.xij.
Olei oliuarum ℔.ij.

Flos cheiri tribus diebus infundatur in oleo: quarto verò die lento igne modicum coquatur diligenter & extrahatur. Et iterum decoctioni addantur florum cheiri ℥.iij. & ad ſolem ſuſpendatur, & vſui diligenter reſeruetur.

Oleum de cheiri eſt reſolutiuum, ſedatiuum dolorū qui fiunt in neruis, in iuncturis, & pectore, renibus, et veſica.

upna Universidad Pública de Navarra
9700310341 Nafarroako Unibertsitate Publikoa

## *Oleum ex thymelæa*

D. M.

℞. Foliorum thymelææ ℥.iiij.
Aquæ ℔.i.
Olei ſeſamini ℥.viij.
Lactis dulcis & recentis ℥.vi.

Macera folia in aqua vigintiquatuor horis, poſt coque cum oleo & lacte ad aquæ & lactis conſumptionem: colatum reconde.

Oleum ex mezereo hydropi confert, ac vlceribus malignis, cutis fœditatem terget.

## *Oleum de thymo*

D. M.

℞. Thymi ℥.iiij.
Zingiberis ℥.i.ß.
Aquæ dulcis quantum ſufficit.
Succi extremitatum thymi ℥.iiij.
Olei ſeſamini ℥.xiiij.

Coquantur in vaſe vitrato ad aquæ

upna
9700310341 Nafarroako Unibertsitate Publikoa

& ſucci conſumptionem. Vel ſic:
℞. Succi thymi
Olei ſeſamini
Lactis vaccini recentis an̄.℔.ij.
Penidiarum albarum ℥.v.
Zingiberis albi ℥.i.ß.

Coquantur ad lactis & ſucci conſumptionem.

Oleum Sericinum renum, veſicæ, ilium dolori confert: vrinæ difficultatem leuat iniectum in ſedem, vel meatum vrinarium. Poſterior compoſitio etiam dictas partes & iuncturas roborat, earumq; dolorem lenit, colorem bonum reddit, venerem excitat.

## *Oleum de cucumere aſinino*

D. M.

℞. Succi cucumeris agreſtis maturi
Olei ſeſamini ana partes æquales.
Coque ad ſucci conſumptionem.
Vel ſic:
℞. Succi radicum cucumeris aſinini

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Radicum ipſius tritarum an̄. ℔. ß.
Olei ſeſamini ℔. i.
Coque ad ſucci conſumptionem.

Oleū σικυώνιον epilepſiā, hemicraniā & alios cerebri affectus frigidos naribus immiſſum leuat, & ſtrumas, & ſurditatē, panū & cicatrices nigras delet.

## *Oleum de pomis citreis vel arantijs* D. M.

℞. Pomorum citreorum vel arantiorum maturorum num̄. xij.
Olei ſeſamini ℔. ij.
Aquæ fontanæ
Aquæ marinæ an̄. quantum ſufficit.
Penidiarum albarum ℥. viij.

Poma integra in vaſe vitrato cum aquis & oleo coque ad aque cōſumptionem. Iterū in aquæ dulcis ℔. i. ß. cū penidijs coque ad aquæ cōſumptionem.

Oleum de pomis citrangulorum ad iuncturarum dolorem datur ab ℥. j. ad ℥. iij. cum potu, cibo, obſonijs.

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

## *Oleum croci*

D. M.

℞. Croci ℥.i.
Myrrhæ puræ ℥.ß.
Aceti quantum ſufficit ad macerãdum
Cardamomi ʒ.ix.
Olei ℔.i.ß.

Crocum & myrrham diebus quinque aceto macerentur: die ſexto adde cardamomum: ſeptimo cum oleo coquantur igni lento ad aceti conſumptionem. Loco aceti ſunt, qui vinum ſupponant.

Oleum croci neruos & vterum roborat, amborumq́ dolorem ſedat, durities diſsipat, coloris gratiam efficit.

## *Oleum ex piperibus*

D. M.

℞. Trium piperum an̄. ℥.iij.
Cepularum
Bellericarum

Embli

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Emblicarum
Indarum an̄. ℥.v.
Radicum apij
Fœniculi an̄. ℥.iij.ß.
Sagapeni
Opopanacis
Hyoſcyami albi an̄. ℥.ij.ß.
Turbith boni albi ℥.xij.
Zingiberis ℥.iij.
Surculorum hyſſopi recentium
Foliorum rutæ virentium an̄. M.j.
Aquæ ℔.xxiiij.
Olei cicini heminæ ij.

Omnia parum trita coquantur ad tertiam partem in aqua, coletur, cum oleo cicini ad aquæ conſumptionem percoquatur. Alij addunt:

Ireos ℥.vj.
Thapſiæ ℥.ij.
Aniſi
Cardamomi an̄. ℥.j.ß.
Calami aromatici ℥.ij.ß.
Spicæ nardi ℥.j.



upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Expreſsionis hyſſopi

Expreſsionis thymi,ſextarios iij.

Poteſt poni loco cicini oleum

Irinum uel

Leucoij lutei uel

Amygdalarum amararum

Vel omnium ſimul quatuor,ana hemi-
nam dimidiam.

Oleum ex piperibus iuuat morbos neruorum frigidos,vt paralyſin, ſpaſmum, ſpaſmum cynicum, tremorem, epilepſiam: ad hæc iſchiadem & cæteras arthritidis differentias,& vteri, & coli, renum, veſicæ affectus frigidos: quia calefacit,tenuat, terget: ob id obſtructiones aperit,calculum frangit.

## *Oleum ex viperis*

D. M.

℞. Viperarum nigrarum integrarum ℔.ij.

Olei ſeſamini ſextarium i.ß.

Ad diſſolutionem carnium igne len-

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

to in vaſe vitrato anguſti oris exactè obturato, ne illius obnoxio vapore offendaris, percoque, & vbi refrixerit, vitreo vaſe repone.

Oleum de ſerpentibus cutim expurgat, impetigines ſanat, penna partibus affectis illitum.

## *Oleum ex ranis*

D. M.

℞. Capitum ranarũ antiquarum ℔. ß. Olei ſeſamini ſext. ß.

Coque capita cũ oleo in vitreo vaſe benè obturato ad capitum diſſolutionem, vti viperinum oleum.

Oleum ex ranis refrigerat: ob id podagram & alias arthritidis ſpecies calidas mitigat, & incendium febrium ardentium fronti & temporibus illitũ: quandò etiam ſomnum conciliat.

## *Oleum de ouis* D. M.

℞. Vitelli ouorum elixando durato-



upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

rum num̄. xxx. aut circiter manibus friati in ſartagine terrea plumbata frigantur igne mediocri, mouēdo ligneo cochleari, aut terreo donec rubeſcant &oleum ab his reſoluatur, quod preſsi cochleari largius remittet. Vel, Iidem vitelli elixando indurati mola frāgantur, deinde in offas tundantur, & torculari exprimantur, quale in oleo amygdalino explicuimus, & oleum deſtillabit. Vel, ipſi vitelli corpulento vaſi imponantur, oleúmque in capitellum ignis violētia tollatur, qualiter oleum philoſophorum.

Oleum de ouis probatum eſt cutim expurgare, impetiginem, ſerpiginem, & alia cutis vitia perſanare, capillos regignere, vlcera maligna & fiſtuloſa curare.

## *Oleum ex frumento*

D. M.

℞. Frumentum quod inter laminas fer-

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

reas mediocriter ignitas preme, oleumq́; excipe. Vel, Triticum excorticatum vaſe ſublimationis deſtilletur, qualiter oleum philoſophorum.

Oleum ex frumento impetigines & cutis aſperitates curat.

## *Oleum iuniperi*

D. M.

℞. Sarmenta iuniperi tenuia in vaſe vitrato oris anguſti conijce ac reple, laminam ferri tenuem foraminibus multis in cribri triticei modum pertuſam ori toti applica, luta eandem cum ore tum dicti vaſis tum alterius minoris etiam vitrati oleum excepturi, quod terræ vbi infoderis, igne luculento maius alterum iuniperi fruſtula capiens, circunda horis duabus, ſicq́; oleum in vas minus deſtillabit.

Oleum Iuniperi emendat cutis infectiones, ſerpiginem, cancrum, vlcera maligna, qualia quæ in tibijs & cruri-



upna
Universidad Pública de Navarra
Nafarroako Unibertsitate Publikoa
9700310341

bus quorundam: malum mortuum recentiores vocant.

## *Oleum Philoſophorum*

### D. M.

℞. Lateres ex terra rubente multùm antiquatos in fruſta cōminutos ac carbonibus non fumantibus accende, donec igniti rubeant: tunc concha, oleo roriſmarini, vel antiquo claro plena extingue, & quoad eius fieri poteſt, oleo imbue, ſicca per ſe in capſulis, pòſt minutiſsimè tere, & vaſi per ſublimationem destillandum trade, tuto chymiſtarum capitello cōmitte, carbonibus in fornace accenſis coque donec oleum deſtillet in phialam vitream, naſo imo capitelli agglutinatam, quam exactè obſtructam reconde & ſerua: quantò enim antiquius, tantò valentius.

Oleum philoſophorum artificiale (nam Naphtha minerale eſt) veterum omniū conſenſu effectibus ſecretis non

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

paucis eſt efficaciſsimũ. Calfacit enim ſiccat, eſſentiæ tenuitate in altum penetrat, digerit. Proinde materiã omnem excrementoſam conſumit. Ob id epilepſiæ, paralyſi, vertigini, obliuioni, & lienis, renum, veſicæ, vteri, neruorum, articulorum omnium, & reliquarum partium neruoſarum doloribus frigidis maiorem in modum confert.

# Puluis violarum

## *odoriferus, quem ego in officina mea ſoleo diſpenſare.*

℞. Iridis Florentiæ ℔. ß.
Roſarum ℥. iiij.
Cyperi ℥. ß.
Maioranæ
Caryophyllorum añ. ℥. j.
Santali albi odoriferi
Beniouin añ. ℥. iiij.

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa
9700310341

Styracis calamitæ ℥.j.

## *Puluis violarum odorus*

D. *Syl.*

℞. Radicis iridis Florentiæ ℔.iiij.
Maioranæ ſiccæ quart.j.
Calami aromatici ℥.iij.
Roſarum
Violarum añ.℥.v.
Caryophyllorum ℥.j.ß.
Moſchi ʒ.j.

## *Pomum Ambræ*

D. *Syl.*

℞. Styracis calamitæ ℥.j.
Caryophyllorum ʒ.ij.
Benioin ℥.ß.
Ambræ ʒ.ß.
Moſchi gra.xv.
Puluis violarum dicti, quantum ſufficit. &
Aquæ roſarum, quantum ſufficit ad cogendum.

upna Universidad Pública de Navarra
9700310341 Nafarroako Unibertsitate Publikoa

## *Pomum Ambræ.*

In hac forma quam tu vides conſueui ſic conficere:

℞. Styracis calamitæ ℥.i.ß.
Beniouin ℥.ij.
*Ladani ℥.ß.
Caryophyllorum
Santali albi an̄. ʒ.iij.
Roſarum
Maioranæ an̄. ʒ.ij.ß.
Moſchi
Ambræ an̄.℈.i.

** Ladanum de ciſtho colligitur.*

Formetur pomum cum infuſione gummi tragacanthæ in aqua roſarum.

## *Puluis contra Peſtem.*

℞. Radicum tormentillæ
*Dictami
Tunicis
Scabioſæ
Radicis bugloſſæ an̄. ℥.ß.
Seminis citri
Seminis acetoſæ an̄. ʒ.iiij.

**Dictamo uero caremus.*



upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

Coriandri præparati ʒ.ij.
Roſarum rubearum ʒ.i.
Seminis portulacæ ʒ.ij.
Raſuræ eboris ʒ.ij.
Corallij albi
Corallij rubei añ. ʒ.i.ß.
Terræ ſigillatæ ℥.ß.
Boli armenici ℥.ij.
Miſce, & fiat puluis.

## *Puluis Electarij de bolo.*

℞. Omnium ſantalorum
Galangæ
Ligni aloës
Cinnamomi
Corallij rubei
Roſarum rubearum
Seminis melonum añ. ʒ.ß.
Radicis tunicis
Radicis tormentillæ añ. ʒ.iij.
Raſuræ eboris
Cornu cerui añ. ʒ.ß.
Nucis moſchatæ num̃.i.

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa
9700310341

Maceros
Cubebarum añ. ʒ.j.
Aniſi
Marathri
Zingiberis añ. gra. xv.
Seminis acetoſæ
Seminis citri
Seminis iuniperi
Seminis coti, id eſt, Bombacis
Caryophyllorum añ. ʒ.ß.
Boli armenici ʒ.ij.
Fiat puluis.
Doſis ad peſtem. Boli armeni. ʒ.ij.
cum aqua roſarum ℥.ij.
Vini ℥.ß.

## *Puluis contra* Lumbricos.

℞. Seminis contra Lumbricos ℥.j.
Lupinorum ℥.ß.
Abſinthij ʒ.ij.
Cornu cerui vſti ʒ.j.ß.
Miſce, & fiat puluis.

upna Universidad Pública de Navarra Nafarroako Unibertsitate Publikoa 9700310341

## Puluis Bezeardicus.

℞. Boli armenici ℥.ij.
Roſarum rubearum ʒ.j.
Seminis acetoſæ
Seminis citri mundati
Cornu cerui aduſti
Seminis rutæ
Doronici Romani
*Carabe
Seminis cardui benedicti añ.℈.iiij.
* ἤλεκτρον Græci: Latini ſuccinum uocant.
Vtriuſque corallij
Ligni Aloës
Serici crudi
Omnium ſantalorum
Margaritarum perforatarum
